

# Marianus-Alphonsus Myrcha

---

## De lege ferenda in iure poenali canonico animadversiones

---

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 18/3-4, 15-80

---

1975

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

MARIANUS-ALPHONSUS MYRCHA

**DE LEGE FERENDA IN IURE POENALI CANONICO  
ANIMADVERSIONES**

Index: I. *Animadversiones generales*. — II. *Definitio-nes s.* — III. *Imputabilitas et responsabilitas*: 1. *Respon-sabilitas ex dolo*: a. *definitio doli*, b. *dolus directus*, c. *dolus eventualis* 2. *Responsabilitas ex culpa*: a. *absoluta*, b. *relativa*, c. *definitio culpae in duplice forma*: 1) *luxuria*, 2) *negligentiae*. 3. *Scientia possibilis-tatis commitendi actum prohibitum in delictis dolosis et culposis*. 4. *Intentio violandi legem* 5. *Praesumptio doli*. — IV. *Responsabili-tas poenalis pro effectibus non dolose causatis, sed provenientibus ex actione dolosa*: 1. *Animadversiones gene-rales*. 2. *Ius canonicum* (*Decretum Gratiani*, *Decretales*). 3. *Doctrina iuris poenalis*: a. *dolus praesumptus*, b. *dolus indirecte probatus*, c. *dolus indi-rectus*, d. *culpa mixta (combinata)*, e. *concurrentia culpae et doli*. 4. *Codici poenales nonnullarum civitatum*: 1) *Fundamentum objectivum*: 1. *Cod. Poen. garmanicus ex an. 1871*, 2. *Lex poenalis austriaca 1852*, 3. *Codex gallicus (Code poénale)*, 4. *Codex poenalis hispanus 1949 an.* 5. *Codex poenalis italicus ex 1930 an.*, 6. *Codex poenalis russicus ex 1903 an et ex anno 1969 (RSFFRS)*. 2.) *Fundamentum subjectivum*: 1. *Cod. poenalis haelveticus 1937 an.*, 2. *Cod. poenalis graecus ex 1950 an.*, 3. *Cod. poenalis Jugoslaviae ex 1951*, 4. *Codex polonicus ex 1932, 1969 an.*, 5. *Ius poenale Angliae*. — 5. *Codex Iuris Canonicci*. — 6. *Conclusio*. — 7. *De lege ferenda*: a. *responsabilitas poenalis pro effectibus non dolose causatis sed provenien-tibus ex actione dolosa* b. *Conclusiones quoad imputabilitatem et respon-sabilitatem*. V. *Concursus (phenomenales species delicti)*. I. *Notae his-toricae*. 2. *Effectio, instigatio, auxilium in constructione polonica*. A. *Effec-tio et conffectio (auctor et conauctor)*. B. *Instigatio*. C. *Auxiliatio*. D. *In-dependentia responsabilitatis instigatoris et auxiliatoris in casu delicti ab auctore patrati*. 2. *Responsabilitas instigatoris et auxiliatoris in casu, quo delictum ab auctore patratum non fuerit*. 3. *Responsabilitas instigatoris et auxiliatoris et transgressio vel non impletio mandati ab auctore*. 4. *Instigatio et auxiliatio in casu irresponsabilitatis auctoris*. 5. *Instigatio et auxiliatio ad delicta individulia*. 6. *Punibilitas instigatoris et auxiliatoris*. — 3. *Ius Canonicum*: 1. *Codex Iuris Canonicci*. 2. *Species responsabilitatis instigatoris et auxiliatoris n codificatione poenali*. 3. *Conclusiones pro lege ferenda*.

**I. Animadversiones generales**

1. In ipso initio notandum est, ecclesiasticam legem poenalem sys-tema constituere, quod sistema legis ecclesiasticae legis poenalis vocari valeat. In hoc illud consistit, quod quamvis theoriae, concep-

tus necnon experimenta practica in quibus systema illud innitatur non tantummodo e fontibus propriis desumpta sint, sed magna ex parte effectus collectivi laboris mundi eruditii sint, nihillominus theoriae hae et experimenta per conceptionem iuridicam doctrinae canonicae elaborata et in constans sistema apprehensa sunt, ad finem et exigentias Ecclesiae adaptatum. Doctrinalis evolutio principiorum eiusdem systematis obiectum studii ecclesiastici iuris penaloris est. In ambitu huius studii propriam opinionem in futurum ecclesiasticum codicem poenalem demonstrare, in animo mihi est.

2. *Principia.* 1) Codex poenalis specialitatem communitatis ecclesiasticae respicere debet, qualis ex una parte unitas Ecclesiae universalis, ex altera vero pluralitas, in summa Ecclesiarum localium sese exprimens, est. Tam haec unitas, quam diversitas in codice poenali reflectendae sunt. Unitatem, principia generalia codicis poenalis in tota Ecclesia obligantia et stricte ab Ecclesiis localibus observata, exprimere debent, pluralitas, in possibilitate creandiu ius poenale particolare consistit, quod iuxta ius poenale universale in Ecclesiis particularibus obliget.

2) Codex rationam habere debet omnium mutationum, quae nunc in Ecclesia factae sunt et visionem futuri in luce indicationum (mandatorum, commendationum) Concilii Vaticani II nil amittens tamen ex usque huc acquisitis animi et iuris seu debet ire in futurum non rumpens cum praeterito.

Realisandum igitur ab eo est principium evolutionis et non revolutionis. Attinet hoc ante omnia tales quaestiones, ut: notio delicti et poenae ac coniunctum cum hoc principia responsabilitatis poenalis. In conceptione istarum quaestionum manifestandae sunt proprietates specificae Ecclesiae, distinguentes eam ab alia societate, qualis est status, ex altera vero parte non licet praetermittere et illas qualitates, quae ambabus societatibus communes sint et consequenter et evolutionem doctrinae relate ad istas quaestiones.

3) Quod attinet principia theoriae iuris, codex conceptionem iuris obiectivi realisare debet, reiciens conceptionem iuris subiectivi. Unde tales conceptiones, ut „ecclesiasticum ius puniendi”, vel „extinctio iuris puniendi in casu praescriptionis” etc. locum habere non debent. Circumscriptiones hae inter conceptiones inveteratas enumerandae sunt. In connexione cum hoc deest quoque subiectivum ius ad poenam. Ius poenale in codice contentum debet esse ius obiectivum, expressio normarum socialium, e quibus tam pro Ecclesia quam pro eiusdem subditis obligationes profluunt. Ecclesia obligationem habet delinquentem persequi, civis obligatione tenetur secundum ius sese gerere. Norma obiectiva est pars constitutiva ordinis iuridici, qui essentiam ordinati convictus statuit et hac de causa ligat omnes. Talem conceptionem codicis etiam moderna philosophia iuris exigit.

4) Irrogatio poenae non tantummodo compensationem iniuriae illatae statuat oportet sed actus securitatis et conservationis ordinis iuridici esse debet. Hoc ad conclusionem dicit, actionem poenalem Ecclesiae, socialiter finalem esse debere, tendentem scil. ad tuitiōnem ordinis iuridici, cuius conservatio possibilem reddit non tantummodo singulis sed omnibus individuis consecutionem finis ultimi, qualis salus hominis est. Haec finalitas stricte cum hoc coniuncta esse debet, quod fundamentum cuiusque systematis iuris poenalis est, i. e. cum relatione causalī, qualis inter delictum et poenam intercedit. Punctum exitus pro poena applicanda est delictum, tamquam actus humanus intellectum, minax pro ordine iuridico. In tali conceptione repressio castigans effectus delicti est, eius consecutio, eius correlatio in ordine iuridico, eius condemnatio socialis, non amittens insimul characterem compensationis. Sic intellecta actio puniens, juae a codice realisanda est, desinere non potest in formalī contrapositione conceptuum delicti ac poenae, sed convertit sese illa contra determinatum vivum individuum, vivens quoq; in determinato coetu sociali et possidens individuales propriitates, distinguentes illud ab aliis individuis. Hac de causa persona delinquentis in primum locum exit. Imbuere delinquentem in regulas ordinis iuridici, statuentis essentiam convictus, negotium codicis poenalis est.

Consequenter codicis est, curare personam delinquentis et hac de causa istas res accurate pluribus e partibus ordinare: ante omnia ex parte commissi ab eo delicti, deinde ex parte aptae applicationis proprii remedii poenalis. Poena efficax et utilis erit, si adaptata fuerit ad personam delinquentis, eius characterem, qui ante omnia in patrato delicto ostenditur, in conditionibus et adjunctis in quibus commissum fuerit et etiam in aliis proprietatibus personalibus delinquentis. Ista elementa personalia (subiectiva) p̄ae oculis habenda sunt in largo ambitu, quando tractatio cum auctore delicti proprie attendatur.

5) *Conclusio.* Propria codicis principia esse debent:

1. Vis obiectiva normae iuridicae;
2. Fundamenta subiectiva responsabilitatis poenalis;
3. Finalis individualisatio repressionis poenalis.

6) E supra memorata conclusione sequitur:

a) *Respectu functionis codicis poenalis in moderna conceptu administrationis iustitiae:* Codex poenalis pro se conservare debet functionem unice propriam normae iuridicae: indicare principia, iuxta quae procedendum est necnon indicare aestimationes iuridicas pro actibus humanis, modo synthetico in codice exhibens.

b) *Respectu functionis iudicis:* Iudex secundum codicem duos actus ponere debet: 1° Testari, vi liberae agnitionis iudicialis, nisi in analysi syntheticarum formularum codicis ex una parte, et in probatione ex altera parte, utrum aliquis delictum seu actum correspon-

dentem aestimationi iuridicae perpetraverit necne. Attinet hoc extra illegalitatem poenalem quaestionem doli delinquentis. Codices poenales, exprimentes opinionem scholae classicae, functionem iudicis ad iudicandum de dolo ante omnia reducunt. In hac dimensione iudex libere probationes estimat et omnimoda fiducia sociali fruitur. In poenae irrogatione functio iudicis secundaria fit. In frontem promoventur categoricae formulae legales. Talis solutio legalis heic necessaria est hac de causa, quia iuxta principia scholae classicae agitur de collisione duorum iurium subiectivorum: delinquentis et status; res est de ideali aequivalentia delicti et poenae. Hac aequivalencia a norma iuridica stabilitur, istae collisiones iurium praescripto legis deciduntur; obligatio iudicis est tantummodo propriam normam invenire eamque applicare.

Doctrina et praxis concorditer ad conclusionem devenerunt, supra dictum schema iuris poenalis, aequabilitatem inter delictum et poenam quaerens, magna ex parte normalem irrogationem poenarum difficultem reddere et nonnunquam tam singulas personas quam societatem iniuria afficere immo non raro ad antinomiam ducere, expressam in dicto: *summum ius, summa iniuria*. Hunc defectum amovere conatur schola neoclassica rumpens conceptionem collisionis iurium subiectivorum et inducens principium iuxta quod lex poenalis dat quodammodo fundamentalem tantum aestimationem iuridicam actus hominis ex parte eius damnificationis socialis. Hanc fundamentalem aestimationem in certo modo abstractam iudex concretisare debet, i. e. cum casu particulari et cum determinata persona coniungere seu individualisare debet. Iudici functio activa committitur in stabilendo et definiendo dolo (subiectivismus), sed in aestimatione individuali cuiusque casus singularis et cuiusque delinquentis in tali ambitu in quem lex permitit. Hoc absque dubio magnae fiduciae argumentum est, sed insimul gravis obligatio et imensa responsabilitas, quae in iudicem cadunt. In contextu cum supra dictis iudex debet: 2° probata illegalitate et dolo, considerare, quodnam remediorum poenarium relictorum a codice, rationali electioni iudicis, in determinato casu, respectu utilitatis ordinis iuridici, respectu characteris auctoris delicti et respectu universalis boni socialis, applicandum sit.

7) Sub aspectu technicae legislativae codex tendere debet ad possibiliter maxime syntheticam descriptionem contentorum in eodem praescriptorum. Synthesatio iuris poenalis in duas abiit directio-nes. Prima est exclusia omnium, quae generalem significationem habeant et applicantur ad omne delictum, ad distinctam partem generalem et per hoc limitatio sese in praescriptis partis specialis ad hoc tantum, quod proprium sit determinatae speciei facti et diversum ab aliis similibus statibus. Pars generalis omnes conditiones responsabilitatis undequaque tradere debet. Altera qualitas tendentiae ad

synthesim in moderna legislatione poenali, in reiectione casuisticae consistit. Hoc in iudicem novas obligationes imponit. Ad functiones iudicis, syntheticas regulas apta expositione explere partinet, quae infinitam varietatem factorum vitae cohaerenter cum aestimatione formularum iuridicarum, solvere permittat. Talis conceptio codicis, magna quoque allevatio pro iudice est. Recuperat etenim ipse libertatem cogitandi, non dilabitur in casuistica paragraphorum, est homo et non machina, ad quod nimis casuisticus et nimis constringens sistema codicis adducit.

## II. Definitions

Utrum codex poenalis debat tradere definitiones? Theoretice loquendo codex poenalis definitiones vitare debet. Hoc justum est, sed principium tale absolute adhiberi nequit. Definitiones quaedam necessariae sunt et qua talem aestimo definitionem delicti ob eius fundamentalem significationem in iure poenali. Necessitas definiendi delictum in iure augetur mea opinione propter hoc, quod maior pars delictorum in iure particulari ecclesiastico statuenda est. Bonum commune exigit ut defintio haec in tota ecclesia uniformis sit. In definitione delicti codex debet clare exprimere elementum morale, quod in notione delicti necessarium est atque in Ecclesia ab primis eiusdem temporibus quounque ad Codicem Juris Canonici attentebatur. Elementum hoc imputabilitas moralis (culpa moralis) est. Codex Juris Canonici in can. 2195 § 1 hoc elementum in definitione delicti explicat in verbis: „*moralis violatio*”.

In definitione delicti debet adesse clara expositio principii: *nullum crimen, nulla poena sine lege poenali praevia*. Principium hoc etiam si modificatum et ad postulata ecclesiae accommodatum semper in ecclesia observabatur<sup>1</sup> et in Codice Juris Canonici clare in definitione delicti, in can. 2195 § 1, expressum est. Huius principii observatio boni communi favet, arbitrietatem judicis coercet atque analogiam legis excludit, necnon magnam cartham libertatis pro singulis personis constituit. Omnes moderni codices poenales in suis ordinationibus expresse hoc principium siatuunt.<sup>2</sup> Omissio eiusdem in lege poenali gressus retro dicenda est.

<sup>1</sup> Por. Wernz F., *Jus decretalium*, Prati 1913, VI, 15, n. 14, Lega M. *Praelectiones in textum iuris canonici, De delictis et poenis*, ed. 2, Romae 1910, 23, n. 20; D'Annibale J., *Summula theologiae moralis*, ed 5, Romae 1908, I, tract. VI, *De delictis, poenis et censuris*, I, 296.

<sup>2</sup> Por. Codex poen. Pol. ex anno 1969, art. 1 „Odpowiedzialności karnej podlega tylko ten, kto dopuszcza się czynu społecznie niebezpiecznego, zabronionego pod groźbą kary przez ustawę obowiązującą w czasie jego popełnienia”.

Art. 1 Cod. poen. pol. ex anno 1932: „Odpowiedzialności karnej

Reasumendo igitur ea, quae hucusque dicta sunt, puto definitio-  
nem delicti in codice necessariam esse. In hac definitione omnia  
elementa delicti clare exponenda esse, scilicet: *violatio legis*, 2. *Viola-  
tio legis poenalis*, 3. *culpa moralis*, quae fundamentum culpae juri-  
dicae est.

Exigentius supra expositis magis satisfacit definitio delicti in can.  
2195 § 1 CJC tradita. Quapropter, meo judicio, illa definitio in novo  
codice poenali retinenda est.

Notio delicti eiam in violationem praecepti poenalis extendenda  
est.

### III. Imputabilitas et responsabilitas

Fundamentum imputabilitatis et responsabilitatis poenalis, secun-  
dum hodiernam doctrinam, est nexus, qualis existit inter processus  
psychicos hominis eiusque actionem et effectus huius actionis. Ne-  
xus hic justificare potest responsabilitatem poenalem in duabus  
formis: *dolo et culpa*.<sup>3</sup> Juxta Codicem Juris Canonici *dolus* est  
idem ac *deliberata voluntas violandi legem*. CJC dolum denavit in  
can. 2200 § 1. Haec definitio doli debet adesse in novo codice poe-  
nali.

#### 1. Responsabilitas ex dolo

Omnis actio hominis, ergo et actio criminosa, correspondebit actio-  
ni humanae deliberatae et voluntariae si omnia elementa psychica,  
necessaria ad actum hominis, partem habent. In theoria juris poenalis  
duae constructiones responsabilitatis ex dolo notae sunt: theoria  
praevisionis et theoria voluntatis. Theoria praevisionis insistit in  
cognitionem, theoria voluntatis in voluntatem tamquam principium  
decisivum.<sup>4</sup> Codex Juris Canonici theoriam voluntatis praefert. Ap-

---

*ulega ten, kto dopuszcza się czynu, zabronionego pod groźbą kary przez ustawę obowiązującą w czasie jego popełnienia.*

Art. 1 Cod. poen. Helvetica ex anno 1937: „*Karze podlega tylko ten, kto popełnia czyn wyraźnie zagrożony karą przez ustawę*”.

Art. 1 Cod. poen. Italiano ex anno 1930: „*Nessuno può essere punito per un fatto che non sia espressamente preveduto come reato dalla legge, né con pene che non siano da esse stabiliti*”.

Art. 1 Cod. poen. russ. ex anno 1903: „*Przestępstwem jest czyn, zakazany pod groźbą kary przez ustawę w czasie jego popełnienia*”.

<sup>3</sup> Por. Michiels G., *De delictis et poenis*, ed. 2, Parisiis — Tornaci — Romae — Neo Eboraci, 1961, I, 61—63; Wolter W., *Nauka o przestęp-  
stwie*, Warszawa 1973, 112—120.

<sup>4</sup> Por. Michiels G., *De delictis et poenis*, I, 111; Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 12—122; Wernz-Vidal, *Jus canonicum*, ed. 2, Romae 1951, VII, 62, n. 40.

paret hoc ex definitione doli in can. 2200 § 1: „*Dolus est deliberata voluntas violandi legem*”. Puto hanc constructionem debet adesse in novo codice poenali.

Ex hac definitione sequitur, dolum esse positivam relationem agentis ad effectum suae actionis. Hanc relationem CJC in una forma exprimit, in forma *doli directi*, i. e. cum actor committere delictum vult. CJC omittit aliam formam doli, i. e. *doli eventualis* cum auctor actionis criminosa effectum praevideat, sed non vult eum, sed in casu eum nascendi in eum consentit.

Dolus eventualis notus fuit codici poenali russico 1903 an. art. 48, n. 1; codici poenali polonico ex anno 1932, art. 14 § 1, novit eum codex poenalis polonicus ex anno 1969, art 7 § 1. Non est ignotus legislationi germanicae.

Codex poenalis russicus ex anno 1903 dolum eventualem novit tantum in relatione ad possibilitem effectus. Art. 48. „*Przestępstwo uważane będzie za umyślne nie tylko wtedy, gdy winowająca chciał, aby się spełniło, lecz również wtedy, gdy świadomie dopuszczał nastąpienie skutku warunkującego przestępcość*”. Polonicus codex poenalis ex anno 1932 extendit hanc constructionem in consensum actionis criminosae praeter possibilitem effectus. Art. § 1. „*Przestępstwo umyślne zachodzi nie tylko wtedy, gdy sprawca chce je popełnić, ale także gdy możliwość skutku przestępniego lub przestępcości działania przewiduje i na to się godzi*”: Haec extensio doli eventualis necessitatibus vitae correspondebat.<sup>5</sup>

Codex poenalis polonicus ex anno 1969 dolum eventualem definit tamquam consensum in delictum. Art. 7 § 1. „*Przestępstwo umyślne zachodzi wtedy, gdy sprawca ma zamiar popełnienia czynu zabronionego, to jest chce go popełnić albo przewidując możliwość jego popełnienia na to się godzi*”.<sup>6</sup>

Admissio in novo codice poenali canonico doli in una tantum forma, id est *doli directi* et exclusio *doli eventualis* rem bonam esse puto. Theoretice rem enim considerando conceptionem hanc promovet difficultas iungendi dolum eventualem cum voluntate patrandi delictum. In dolo directo exprimit desiderium patrandi delictum, in dolo eventuali praevisionem possibilatis ponendi actionem criminosa et consentiendi in effectum, qui sequeretur ex hanc actione. Quia dolus eventualis est etiam deliberatio, et deliberatio idem est ac voluntas, ergo dolus eventualis apparebit tamquam consensus in actionem criminosa, non autem tamquam voluntas directa, quia non adest differentia inter dolum directum et dolum eventualem. Theoria voluntatis, quae fundamentum est talis conceptionis admittit vo-

<sup>5</sup> Por. Makowski W., *Kodeks Karny 1932, Komentarz*, Warszawa 1932, I, Część ogólna 62, n. 11.

<sup>6</sup> Por. Wlter W., *Nauka o przestępstwie*, 120, — 124.

luntatem manifestari posse tamquam desiderium aut consensum, qui non est desiderium.<sup>7</sup>

Pro praxi probatio doli eventualis est res sat difficilis. Admissio in codice doli eventualis non mitigationem iuris, sed rigorismum juridicum ostendit.

Ex eo sequitur admissionem doli solummodo in forma doli directi et exclusionem doli eventualis in Codice Juris Canonici (can. 2200 § 1) rem bonam esse. Similis dispositio debet adere in novo codice poenali.

## *2. Responsabilitas ex culpa*

### *a. Absoluta*

In Codice Juris Canonici nulla adest difficultas, nam praeter dolum Codex alium fontem imputabilitatis praevidet, nempe culpa. Can. 2199 „*Imputabilitas pendet ex dolo vel ex culpa*”. Responsabilitas igitur pro his omnibus actionibus, quae juxta Codices civiles cadunt sub conceptu doli eventualis in iure canonico regulabantur responsabilitate ex culpa, juxta can. 2203 § 1. Etiam actiones provenientes ex luxuria in iure canonico consideratur tamquam delicta culposa provenientia ex culpa proxima dolo. In hoc puncto observatur maior benignitas iuris canonici in comparatione cum codicibus civilibus.

### *b. Relativa*

Opinio, secundum qua responsabilitatem poenalem per se dependentem facit a dolo, exceptionaliter a culpa, si id expresse cautum sit in lege vel praecepto, aliis verbis: *responsabilitatem poenalem tenere illum, qui dolo egerit, et exceptionaliter tantum illum, qui culpa egerit*, meo judicio, admitti non potest, quamvis principium hoc in multis legislationibus poenalibus, inter quas etiam in codice poenali polonico ex anno 1969, art. 6 receptum est: „*Crimina committi possunt e dolo, delictum committi potest etiam e culpa, si lex ita statuit*”. „*Zbrodnie można popełnić tylko z winy umyślnej; występek można popełnić także z winy nieumyślnej, jeżeli ustawa tak stanowi*”. Idem dispositio adest in codice poenali italiano am. 1930, art. 42.

Codex polonicus ex anno 1932 admmittit hoc principium et in art. 13 statuit: „*Zbrodnie można popełnić tylko umyślnie. Występek można popełnić także i nieumyślnie, jeżeli ustawa wyraźnie tak stanowi*”.

Codex poenalis *Helveticus* ex anno 1937 admmittit hoc principium, statuendo in art. 18: „*Jeżeli ustawa wyraźnie inaczej nie stanowi, karcze podlega tylko ten, kto zbrodnie lub występek popełnia umyślnie*”. „*Si lex expresse aliter non statuit, responsabilitati criminali*

---

<sup>7</sup> Por. Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 125, 126.

*subiectum esse, qui scelum vel delictum dolose committit*". Hoc principum non est ignotum codici poen, austriaco 1852 an, §1, § 238; russico ex anno 1903, art. 48, n. 3, 4, 5.<sup>8</sup>

Obiter dicendo leges civiles responsabilitatem e culpa agnoscunt exceptionaliter in codicibus poenalibus cum notabilis pars actionum cedit sub notionem doli eventualis et hac ratione ambitus responsabilitatis ex dolo extenditur, sat exigua pars responsabilitatis ex culpa, ex qua parte multae adnumerantur transgressionibus, quae sub iudicio administrativo cadunt. Relique, propter sanctionem poenalem leviorem formam delicti accipiunt, prout in codice poenali polonico est et prosequeuntur et puniuntur tunc tantum, cum lex expresse id statuerit, id est exceptionaliter.

Codex Juris Canonici divisionem in crimina, delicta et transgressiones non admittit ob sanctionem poenalem, sed omnes actus tamquam delicta aestimantur.<sup>9</sup> Acceptio principii responsabilitatis pro dolo tantum amovet a responsabilitate poenali notabilem numerum actionum, quamvis perpetratarum inconsulte nihilominus socialiter periculosarum. Hodierne conditiones vitae humanae indicant, problema actionum inconsultarum magis magisque actuale esse et hodie defensionem ordinis juridici exclusive limitari non posse in prosecutione violationum dolosarum, sed curare debet, ut per culposam violationem legis ordo socialis detrimentum non patiatur.<sup>10</sup> Problema hoc ita videbatur iam a Wernz, Lega, D'Annibale, Holweck<sup>11</sup> aliquis canonistis saeculi XIX, XX.

Addendum est, quamquam ius canonicum antiquum exemplo juris romani<sup>12</sup> ad committendum delictum dolum exegisse nihilominus problema responsabilitatis pro actionibus culposis semper in ecclesia actualem fuisse. A saeculo primo ad nonum fundamentum

<sup>8</sup> Por. Cod. poen. russ. an. 1903. art. 48 „Przestępstwo będzie uważane za umyślne nietylko, gdy winowajca pragnął jego popełnienia, lecz także, gdy świadomie godził się z nastąpieniem skutku, warunkującego przestępcość czynu... „Zbrodnie ulegają karze jedynie w razie winy umyślniej, w razie zaś winy nieostrożnej, tylko w przypadkach, szczególnie wskazanych w ustawie...”

Cod. poen. Ital. ex anno 1930, art. 42: „...Nessuno può essere punito per un fatto preveduto dalla legge come delitto, se non L'ha commesso con dolo, salvi i casi di delitto preterintenzionale o colposo espresamente preveduti della legge.”

<sup>9</sup> Por. Roberti F., De delictis et poenis, Romae 1930, I, 60—63, n. 43; Chelodi J., *Jus poenale*, Tridentini 1925, 5, n. 3; Ante Codicem quaestio disputata est. Transgressiones admittit Lega, negavit Wernz. Por. Lega M., *De delictis et poenis*, 70, n. 48; Wernz F., *Jus decretalium*, VI, 23, n. 17, not. 38.

<sup>10</sup> Por. Papierkowski Z., *Wina Kombinowana*, w *Prawo Kanoniczne* 8, Warszawa 1965, Nr 3—4, 108.

<sup>11</sup> Por. Wernz F., *Jus decretalium*, VI, 32—34, n. 23; Lega M., *De delictis et poenis*, 67, n. 44; D'Annibale J., *Summula*. I. n. 297; Hollweck J., *Die Kirchliche Strafgesetze*, Mainz 1899, § 12 Por. Dig. 47, 2, 54, (53).

responsabilitatis est dolus, quamvis punitur etiam effectus.<sup>13</sup> Violatio legis obiectiva sufficiens ratio est ad applicationem poenarum pro delictis gravibus, praesertim, quae periculosa sunt pro societate christiana, qualia erant occisiones. Canones Apostolorum<sup>14</sup> prosequuntur sanctione excommunicationis personas saeculares et depositione clericos pro occisionibus casualibus. Attinet hoc etiam delicta, quae non sunt gravissima, sed in alto gradu periculosa sunt pro ordine sociali, provocantia scandalum. Synodus in A n c y r a anno 314 ordinando disciplinam<sup>15</sup> poenitentiariam distinguit occisiones voluntarias a casualibus. Pro utraque occisione poenitentiam statuit. Auctor occisionis voluntariae punitur poenitentia 7 annorum, occisionis casualis — 5 annorum. Quaestio responsabilitatis pro delictis culposis actualis in sequentibus saeculis, immo fons erat profundarum investigationum tam ex parte iuristarum, quam teologorum et positionem legalem in can. 2199 CJC consecuta est.<sup>16</sup> Limitatio responsabilitatis poenalis pro delictis tantum dolosis per se et exceptionaliter ex culpa est limitatio evolutionis doctrinae de culpa juridica, quae in Codice Juris Canonici plenitudinem evolutionis obtinuit, statuendo alium praeter dolum fontem imputabilitatis et responsabilitatis. Hodie omnes codices penales praeter responsabilitatem ex dolo aliam responsabilitatem ex culpa praevident. Quapropter principium can. 2199 nec non 2203 § 1, juxta quod existit responsabilitas e dolo et e culpa tamquam regula et non tanquam exceptio rationibus supra adductis, recedendum non esse in futuro codice poenali. Hoc dicit ad introductionem definitionem etiam culpae.

#### c. definitio culpae

Codex Juris Canonici definitionem culpae in can. 2199 tradit. Juxta hunc canonem essentia culpae in *negligentia* consistit. Haec conceptio correspondet juri canonico antiquo<sup>17</sup> et iuri romano.<sup>18</sup> Prasentes codices culpam exhibent in dupli forma: *Luxuria et ne-*

---

<sup>13</sup> Por. Michels G., *De delictis et poenois*, I, 96.

<sup>14</sup> Por. c. 65 Apostolorum.

<sup>15</sup> Por. Con. A n c y r a n u m , can. 22, 23; apud Kirch, *Enchiridion fontium historiae Ecclesiae antiquae*, ed. 2, Friburi Brisgoviae, 1914, n. 384, 385.

<sup>16</sup> Por. S chwarz A., *Figura hominis diligentis in re culpae juridcae* Romae 1952, 49—222.

<sup>17</sup> Por. C. 11, q. 3, c. 102: „Alud ese ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod ex studio deliquerit”; C. 15, q. 1, c. 13; D. 50, c. 39; D. 50, c. 32; C. 22, q. 4, c. 23, § 6; C. 22, q. 2, c. 3; C. 2, q. 5, c. 20; C. 15, q. 1, c. 1; Schwarz A., *Figura homini diligentis in re culpae juridcae*, 60—68; 91—94; 125—127; X, V, 12, 12.

<sup>18</sup> Por. C o d . 3, 35, 1: „Damnum per iniuriam datum immisso in silvam igne vel excisa ea si probavi potest, actione legis Aquitiae utere”

C o d . 9, 35, 36; D i g . 47, 10, 1; D i g . 9, 2, 5, 8, 11, 28, D i g . 26, 7, 15 et 41; D i g . 44, 7, 1, 4; C o d . 9, 19, 3; C o d . 5, 38, 3; 5, 54, 1. Schwarz, 17—23.

*gligentiae*. Hae sunt duae species culpae. Luxuria (levitas) tunc manifestatur cum conscientia auctoris praevidet quidem possibilitatem delicti, sed voluntas eam non amplectitur. Status talis existit, si auctor praevidet possibilitatem delicti, sed non tantum illud non vult, sed spem habet evitandi delictum propter favorabilia adiuncta sive propter propriam actionem impedientem. Status ille similis est *dolo eventuali* cum hac tamen differentia, quod ibi auctor cum secuto effectu consensus est, hic vero non consetiens cum eo parvipendit possibilitatem eius successionis. Luxuria (levitas) tanquam forma culpae accidere potest in casibus talium actionum, quae tandem ob effectum induunt characterem delicti. Ambitus huius formae statuit ex una parte realis defectus conscientiae et voluntatis directae ad obtinendum effectum, quod difert dolum a culpa necnon ex altera parte possilitas vel obligatio amplectendi conscientia eventualem effectum actionis delictuosae. Codex Juris Canonicici culpam in forma luxuriae (levitatis) nominat „culpa proxima dolo” (can. 2203 § 1).

Aliud genus culpae — *negligentia* — quae est inconsulta culpa. Proprium eius est status negativus. Apud auctorem deest dolus. Secundum elementum negativum — auctor non praevidet possibilitatem effectus succedendi. Haec duo elementa negativa non sufficiunt, debet accedere elementum positivum — *quod debet et potest praevidere*.

Debitum elementum obiectivum indicat. Significat illud, quod auctor propter suum statum praevidere debeat. In doctrina tam canonistica quam iuridica civili dicitur agi de possibilitate praevидendi hominis mediocris. Haec locutio est abstracta. Qua omissa, dicendum est adesse heic magnam differentiam.

Possibilitas praevidendi characterem subiectivum habet. Ex hoc quod aliquis habuit obligationem praevidendi non sequitur ipsum psychice aptum fuisse ad apprehensionem concretae situationis nec non consequentiam suae actionis. Concreta possilitas praevidenti probari non potest, tamen ea praesumitur, si adiuncta impedientia non adsunt, ex, gr. morbus, aets provecta, nimia oneratio, labore, fatigatio. Totum problema difficile est, naturae delicatae et determinatio possilitatis praevidendi est onus difficile et responsabile. Generatim negligentia tractatur tamquam inferior gradus luxuriae (levitatis) propter praevisionem. Interdum fieri potest et viceversa esse.<sup>19</sup>

C. Definitio culpae juridicae: *Culpa adest pariter tunc, cum auctor possilitatem effectus delictuosi praevidet, sed sine fundamento putat eum evitaturum fore, sicut et tunc, cum effectum delictuosum vel delictuosam actionem auctor non praevidet quidem, sed potest et debet praevidere.*

---

<sup>19</sup> Por. Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 138—144.

*3. Scientia possibilitatis committendi actum prohibitum*

Codex juris Canonici in can. 2199 accipit principium juxta quod delictum committi potest dolose vel culpose et ita abiit ab opinione decretalistarum, qui dolum putabant tamquam elementum essentiale delicti. Hoc principium debet adesse in novo codice poenali, prout supra dictum est. Haec solutio tamquam justa agnoscenda est. Respondet ea hodiernis opinionibus doctrinae et modernis codicibus penalibus. Principium hoc in futuro codice poenali labefactum in favorem principii decretalium non posse. Mea opinione *culpa proxima dolo* (can. 2203 § 1) secundum principium: *puniri posse tantummodo qui dolo egerit, nisi lex aliter caveat*, pro dolo sumenda est, si est effectus luxuriae, quia acceptari non potest opinio, quod effectus provocati ex luxuria remaneret per se impuniti. Tali ratiocinationi contradicit vero elementum differens culpam a dolo. Hoc est defectus voluntatis committendi delictum, quod necessario in culpa ex luxuria manifestatur, quam determinat elementum scientiae possibilitatis committendi actum prohibitum. Scientia possibilitatis committendi actum prohibitum potest evenire in conexione cum dolo directo, debet evenire in nexu cum dolo eventuali et etiam in culpa ex luxuria. Hoc commune elementum scientiae possibilitatis committendi delictum (actum prohibitum) conectitur cum consensu in actum prohibitum. In casu luxuriae debet adesse defectus consensus. Ex quo quaestio oritur, quare auctor praevidens possibilitatem actum prohibitum, ponint actum, si neque vult neque consentit in actum delictuosum? Responsio ad hoc quaesitum contenta est in secunda parte luxuriae, nempe in suppositione se comissionem actus prohibiti evitaturum fore, quae suppositio sine fundamento est seu nisum in ratiocinatione irrationali, sed tantum in fide se comissionem actum prohibiti secuturum non esse et inde obiectio luxuriae (levitatis).<sup>20</sup>

Propter propinquitatem culpae ex luxuria (levitate) cum dolo eventuali<sup>21</sup> videtur in praxi possilitas trahendi casus amplexos culpa ex luxuria sub dolo eventuali et ita introductionem alterius speciei doli quamvis codex nihil do hoc loquitur. Talis conceptio questionis in comparatione cum canone 2203 § 1 CJC multo severior est, dum novus codex vult realisare principium benegnitas respectu auctorum actus prohibiti in comparatione cum Codice Juris Canonici.

Similis situatio videtur adesse et in secunda specie culpae, nempe negligentia. Attinet hoc situationem in qua effectus iniuriosus fuit

---

<sup>20</sup> Por. Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 138—154.

<sup>21</sup> Por. Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 125—133; Myrcha M., *Problem winy w karnym ustawodawstwie kanonicznym*, *Prawo Kanoniczne*, 17, 1974 Nr 3—4, 194—205.

praevisus, sed ob negligentiam non impeditus. Latini<sup>22</sup> et post eum alii canonistae putant heic dolum adesse: „Omnia elementa doli concurrunt, intellectus qui praevidit, et voluntas quae ea provisione non obstante actum imperavit; et non nisi, ridicule agens praetenderet, se noluisse quod propria libera actione certe secuturum noverat”. Codex Juris Canonici admittit in can. 2203 § 1 culpam juridicam utique dolo proximam, sed tamen in se culpam. Juxta hoc principium, mea sententia, admitendum est dolum, et proinde jus poenale severior est a Codice Juris Canonici.

Juvat hic notare delicta e culpa juridica ordinanda esse delictis ex dolo. Res impossibilis est, ut codex praevideat delicta culposa sine correspondente delicto doloso. Tamen non omni delicto doloso correspondeat delictum culposum. In multis casibus eveniri possunt solummodo delicta dolosa. Attinet hoc in specie delicta directiva ergo delicta cum qualitatibus subiectivis. Codex notat ea verbo „fine”. Haec delicta ita sunt constructa, quod commissio eorum ex culpa est impossibilis. Multa sunt delicta, quae committi possunt ex dolo et ex culpa. Norma in codice debet esse talis, ut delicta dolosa et correspondientia illis culposa delicta devidenda sint propter legalem sanctiem poenalem.<sup>23</sup>

*Conclusio.* In futuro codice poenali pars specialis continere debet praeter delicta dolosa etiam delicta culposa. Attinet hoc specialiter titulum: „De delictis contra hominis vitam et libertatem”.

#### 4. Intentio violandi legem

Codex Juris Canonici in can. 2200 § 1 definivit dolum his verbis: „Dolus... est deliberata voluntas violandi legem”. Utrum ad essentiam doli in iure canonico requiritur „intentio violandi legem” et non sufficit intentio ponendi actionem vel omissionem, qua delictum committitur?

Nonnuli, sed magni momenti, canonistae aiunt: „ad essentiam doli in iure canonico pertinere intentio violandi legem, et non sufficere intentio ponendi actionem vel omissionem, qua delictum committitur.” Non aprobo hanc opinionem. Interpretatio canonis 2200 § 1 CJC hucusque vigens explicite indicabat sufficientiam scientiae actionem prosequendam per auctorem exhaustire notas actus prohibiti iure poenali. Obiectum scientiae debet esse omnia legalia signa actus prohibiti seu tali modus actionis vel omissionis auctoris, cuius concreta elementa correspondet generaliter sumptis signis legalibus. Auctor obligatus non est lingua legis cogitare. Agitur tantummodo de hoc, ut aprehensio auctoris de actu possit subtrahi sub definitio-

---

<sup>22</sup> Por. Latini J., *Juris criminalis philosophici summa lineamenta*, Romae — Taurini 1924, 80.

<sup>23</sup> Por. Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 144.

nem adhibitam in praescripto legis prohibentis tali modo procedendi. Quapropter in delicto materiali scientia auctoris extendi debet inter actum tamquam causa et effectum tamquam consequentia. Qua de causa quaestio oritur quomodo in scientia auctoris exprimi debet causalitas eius actionis? Responsio simplex est: jus exigit scientiam practicam talem modum procedendi secumfere eventum, qui est effectus decidens de valore actus, non exigit tamen, ut auctor habeat scieniam theoreticam ruius nexus, quam possidere potest unice peritus in hac vel alia disciplinae doctrinae. Ratiocinatio supra dicta attinet quoque situationem cum actus auctoris obiective provocavit effectum, sed nexus casualis non est secutus illa linea, quam praeoculis auctor habeat. Deviations a praeviso nexu casuali sunt sine valore pro responsabilitate actoris, in quantum manent in finibus praevisionis. Quodsi tales fines transgressae fuerint, id est modus procedendi practice praevideri non potuerit tunc difficile trahere esset autorem ad responsabilitatem pro scienter provocatum effectum, quod non excludit responsabilitatem pro conatu delicti.<sup>24</sup> Ex eo sequitur, ad essentiam doli in iure canonico non requiritur intentio violandi legem poenalem, sed sufficit intentio ponendi actionem vel omissionem, qua delictum committitur.

Eadem opinio represantur: Michiels,<sup>25</sup> Roberti,<sup>26</sup> Coronata,<sup>27</sup> Wernz-Vidal,<sup>28</sup> qui ait: „Si ad essentiam doli partinet intenito praesise directa contra legem tunc ex magna parte in actibus delictuosis dolus defuit seu principale elementum delictis, quia auctor non habet conscientiam violationis legis, sed tantum habet voluntatem faciendi aliquid, quod contrarium est legi et quia tale ab eo cognitum est. Quare cum agitur de probanda existentia doli non fit investigatio circa propositum violandi legem, sed circa propositum ponendi actum vetitum, qua vetitus congnoscatur”. „Ergo dolus habetur quotiescumque conscienter intenditur actus, cuius executio vel omissio est contra aliquod bonum seu ius quod a lege protegitur.”

##### 5. Praesumptio doli

Codex Juris Canonici in canone 2200 § 2 admittit praesumptionem doli, id est dolum praesumptum.<sup>29</sup>

---

<sup>24</sup> Por. Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 120—122.

<sup>25</sup> Por. Michiels G., *De delictis et poenis*, I, 111.

<sup>26</sup> Por. Roberti F., *Dedelictis et poenis*, I, 90, n. 64;

<sup>27</sup> Por. Coronata M., *Institutiones iuris canonici*, Vol. IV, *De delictis et poenis*, ed. 4, Taurinini — Romae 1955, IV, 26, n. 1652.

<sup>28</sup> Por. Wernz-Vidal, *Jus canonicum*, VII, 62, n. 40. Berutti Ch., *Institutiones iuris canonici*, Vol. VI, *De delictis et poenis*, Romae 1938, 15, n. 4.

<sup>29</sup> Por. Coronata M., IV, 27, n. 1653; Michiels G., *Dedelictis*

Can. 2200 § 2. „*Posita externa legis violatione, dolus in for extero praesumitur, donec contrarium probetur*“.

Hoc principium est antiquum et in moderna legislatione poenali figurare non debet. Acceptio principii praesumptionis doli est agnitus principii: nemo praesumitur bonus donec probetur. Hoc principium contrarium est non solum cum ethica christiana, sed etiam cum moderna opinione de dignitate hominis representatae per civiles codices poenales. In toto culturali mundo obligat principium agnoscendi hominem innocentem usque dum culpa ei fuerit probata. Moderni codices poenales civitatum non agnoscent praesumptionem doli, eo magis praesumptionem imputabilitatis. Praesumptio imputabilitatis gressum retro facit. „*Imputabilitas delicti pendet ex dolo deliqueris vel ex eiusdem culpa in ignorantia legis violatae aut in omissione debitae diligentiae*“ — can. 2199 CJC. Qua de cause existit praesemptio non solum doli, sed adhuc culpae cum imputabilitas pendet ex dolo vel ex culpa. Nullum valorem habet assertio, quod „*imputabilitatis praesumptio cessare dicitur non ex contraria tantum probatione*“, ut ait can. 2200 § 2 CJC., sed etiam, „*quodties aliud appareat*“, cum probatio huius circumstantiae evertentis praesumptio nem pertinet ad personam contra quam existit praesumptio et non ad iudicem prout appareat ex principiis juris procesulis seu consequenter praesumptio imputabilitatis tam diu durat, quam diu accusatus eam non evertat, aliis verbis non probet se bonum hominem esse.

Non potest admitti etiam principium: „*praesumptio doli suppressa est, servata tamen imputabilitatis praesumptione*“, quia ex hoc principio sequeretur praesumptionem doli, quam praevidebat CJC transference in culpam. Solutio talis acceptari non potest, quia culpa consistit in negligentia. Negligentia oriri potest in adimplendis variis obligationibus in ecclesia. Juxta can. 2203 § 1 CJC existit praesumptio adimplectionis perfectae obligationum, negligentia vero probanda est et iudicium de gravitate negligentiae reicta est libere decisionis judicii. Constructio haec est contra can. 2203 § 1 et in omnibus codicibus penalibus civitatum non praesumitur culpa, praesumitur solummodo dolus. Deinde *imputabilitas* est vero *dolus aut culpa*. Praesumptio imputabilitatis est ergo *praesumptionem utriusque speciei imputabilitatis*, quod in comparatione cum Codice Juris Canonici, can. 2200 § 2, est dilatatio praesumptionis doli in culpam et quod in comparatione cum Codice Juris Canonici est acutio responsabilitatis.

*Conclusio:* Removere ex codice praesumptionem doli, magis magisque imputabilitatis.

---

et poenis, I, 124, 125; Roberti F., *De delicts et poenis*, I, 91, n. 65: Wernz - Vidal, *Jus Canonicum*, VII, 62.

#### **IV. Responsabilitas poenalis pro effectibus non dolose causatis**

##### **1. Animadversiones generales**

Quaestio responsabilitatis poenalis pro effectibus non intentis, sed procedentibus ex actione dolosa fiat actualis a tempore, quando in iure poenali acceptum est principium subiective responsabilitatis propter culpam auctoris, sed non propter effectum.<sup>30</sup> Consequentia agnitionis, quod delictum est actus actoris, at non quidem eventus externus, est transferatio punctum gravitatis ab obiectivo nexus causalitatis ad ipsam actionem, consequenter ad signum subiectivum ipsius actionis, nempe culpam.

Utrum posse trahere ad responsabilitatem poenalem pro morte hominis auctorem, qui hunc effectum non vult, neque praevidit, sed sua actione producit? Essentia huius quaestionei constit in confirmatione criterii responsabilitatis poenalis pro effectum non dolosum, sed procedentem ex actione dolosa. Agitur ex una parte, ut consequentiae actionis dolosae, quae quidem non sunt intentae, sed non minus obiective periculosa et socialiter damnosae, poenam non evitant (fugant), ex altera, parte, ut poena propter has consequentias animadverta (vindicta) non erat poena sine culpa actoris harum consequiarum.

In doctrina iuris poenalis, tamquam antiquam, quam praesentem atque in legislatione iuris poenalis possumus videre sequentes conceptiones juridicae, quae tamquam modi dissolvendi hanc quaestionem concipiuntur: 1) obiective conditions poenalitatis (responsabilitatis), relative maioris responsabilitatis;

- 2) dolus indirectus;
- 3) dolus praeterintentionalis;
- 4) culpa dolo exorta (determinata);
- 5) concursus legum poenali superioris ordinis.<sup>31</sup>

##### **2. Ius canononicum**

Jus canonicum quaestionem de responsabilitate pro effectibus non intentis, sed causatis actione dolosa obiective disputat. Hoc exprimat regula „versari in re illicita”. Doctrina de versanti in re illicita a Decretistis initianta, usque ad Codicem Juris Canonici tamquam institutum iuridicum appareat. Decretistae normam quaerunt, quae revelat intentionem agentis, seu quae manifestat aliquam voluntatem agentis circa effectus casualiter consequentes ex eius actione.

---

<sup>30</sup> Por. Michiels G., *De delictis et poenis*, I, 93—95.

<sup>31</sup> Por. Papierkowski Z., *Wina kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 8, Warszawa 1965, Nr 3—4, 105—143.

Ex eo quod aliquis rem illicitam fecerit, habent praesumptionem voluntatis malitiosae etiam circa effetus ex re illicita sequentes. Non quidem directa voluntas, sed voluntas indirecta dedici potest.<sup>32</sup>

Motivum quod urgebat Decretistas ad receptionem doctrinae de re illicita erat spes inveniendi normam culpae, quae explicat et iustificat punitionem aliquorum casuum appartere fortuitorum. Praesertim in relatione ad sacerdotium sentitur necessitas infligendi poenam, quia nonumquam scandalum appetit in eventu, qui tamen absque omni dolo et negligentia evenit. Si ope doctrinae de re illicita aliqua voluntarietas in tali eventus scandaloso praesumi liceat, Decretistae habent normam, qua uno eodem pacto potest determinare culpam et iustificare poenam.<sup>33</sup> *Bernardus Papiensis* affirmat hanc regulam applicandam esse in omni homicidio casuali: „*Si licitus, cautus, non est culpabilis actus; In reliquis culpam reor et pro crimine mulctam*”<sup>34</sup>

Notio delicti in Decreto Gratiani nondum iuridice definita est. Elementa essentialia exhibentur, sed distinctio delicti a peccato non bene determinata. Delictum non habetur sine peccato, an omne peccatum sit etiam delictum Gratianus ne audebat definite assere vel negare. Decretistae efformat iuridicam definitionem delicti. Juxta a eos *essentialia elementa delicti sunt: peccatum grave, deliberatum, opus externum, infamia propter scandalum*.<sup>35</sup>

Data clara definitione delicti Decretistis non satis aequa appetet inflictio poenae propter meram omissionem diligentiae, quae certe crimen non constituitur. Decretistae normam quaerunt quae culpam a crimine distinguit et simul demonstrat similitudinem eorum in nota voluntarietatis. Huiusmodi normam inveniunt in ipsa causa, si, ex ea sequelae iniuriosae emant. Si causa ex se ipsa illicita est consequentiae ex causa illicita tribuntur culpae illius, qui causam posuerit.

Doctrina de „*versari in re illicita*” ex tribus canonum in *Decreto Gratiani* ortum duxit. C. 23, q. 5, c. 8 protulit sententiam Augu-

<sup>32</sup> Por. Schwarz A., *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 202—209; Morgante M., *De casu fortuito in iure poenali canonico*, Apolinaris, 1949, Nr 1—2, 131—188; Kuttner S., *Kanonistische Schuldlehre von Gratian bis auf die Dekretalen Gregors IX*, Citta del Vaticano, 1935, 203 sq.; Myrcha M., *Problem winy w karnym ustawodawstwie kanonicznym, Prawo Kanoniczne*, 1974, Nr 3—4, 184, 185.

<sup>33</sup> Por. Schwarz A., *Figura hominis diligentis...*, 94, 95.

<sup>34</sup> Por. *Bernardus Papiensis, Summa Decretalium*, ed. En. Ad. Theod. Laspeyres, Ratisbonae, 1860, Ad comp. I V, 10 § 5 (p. 222).

<sup>35</sup> Por. *Summa Monacensis*, ad D. 81, c. 1, triplicem significationem criminis distinguit: „*Triplex crimen dicitur ihesse, scil. aut reatu, aut infamia, aut reprehensione conscientiae*”. Schwarz 86—88; Kuttner S., *Kanonistische Schuldlehre*, 89, nota 1; Zurkowski M., *Pojecie przestępstwa (crimen) u dekretystów, Prawo Kanoniczne*, 8, 1965, Nr 3—4, 145—149.

stini: „nobis non est imputandum damnum quod inopinatae sequitur ex causa propter bonum ac licitum posita”. Hic canon una cum canone C. 22, q. 1, c. 3 posuit problème de sequelis involuntariis imputandis, videtur indicare normam iudicandi utrum istae sequelae imputabiles sint, am mere furtuere sint. Si enim causa est bona et licita, sequelae non sunt culpabiles; si e contra causa illicita est, omne, quod ex illa sequitur, imputatur ut culpa. Decretistae aprobatonem huiusmodi sententiae inveniunt in can. D. 50, 37 et 39. Canon 39 referat casum: presbyter percussit diaconum, qui ex equo cadens mortuus est. Papa Nicolaus inidicavit presbyterum istum *homicidii reum esse*, si ex ira vel indignatione diaconum percosserit, *etiamsi animum occidendi non habuerit*. Motus enim effrenatus furoris vel indignationis in omnibus, sed praecipue in ministris dei reprehensibilis est. Ecce res *illicita propter quam imputatur homicidium*, dicunt Decretistae.<sup>36</sup>

Primum gressum evolutionis doctrinae possumus videri in *Summa Rufini*. Ipse verum nondum explicite distinguit causam *licitam et illicitam* i determinanda culpabilitate. Culpa reus habetur, si sine ratione *rei otiosae incubuerit*.<sup>37</sup> Similem distinctionem Stephanus Tornacensis<sup>38</sup> ponit in iudicando casu D. 50, 37. Agere sine causa, quod Rufinus rem *otiosam* designat, Stephanus denominat „temere” agere. Proximus gressus est explicita distinctio rei licitae et illicitae facta a Simone de Bisiniano.<sup>39</sup> Hanc distinctionem veteri explicationi Stephani et Rufini Hu-

<sup>36</sup> Por. Kuttner S., *Kanonische Sculdlehre...*, 200—13, qui pleniorum descriptionem originis huius doctrinae dat. C. 23, q. 5, c. 8: „Absit, ut ea, quae propter bonum ac licitum facimus aut habemus si quid per hec propter nostram voluntatem cuiquam mali accidiret, nobis imputetur”.

<sup>37</sup> Pr. D. 50, c. 37; Rufinus, *Summa, Die Summa Decretorum des Magister Rufinus, herausgegeben von dr Heinrich Singer*, Paderborn, 1902, ad D. 50, c. 37: „aut habet causam iacedendi aut non habet...”, pag. 126.

<sup>38</sup> Por. Stephanus Tornacensis, *Summa, Die Summa des Stephanus Tornacensis über des Decretum Gratiani, herausgegeben von dr Joh. Friedrich von Schulte*, Giessen, 1891, pag. 73: „ad D. 50, c. 37: „Notandum quod eorum, qui proiciunt lapidem, alii hebent iustum causam proiciendi, alii non... Si vero iaciendi causam non habuit, in conunque loco temere iecerit...”

<sup>39</sup> Por. Simon Bisinianus, *Summa*, ad C. 15, q. 1, c. 13: „...et quidem credimus, quod si re liceat dabam operam et omnimodam diligentiam adhibui, quod michi non debat imputari; ...si vero illicite rei dabant operam... est quod michi debeat imputari”; cit. ex Cod. Bamberg. Can. 38, a Kuttner, o. c. p. 204, not. 3 et p. 217, not. 1.

Simoni introductionem distinctionis operi rei licitae-illicitae attribuit. Secundum Schwarz, o. p. 98, not. 46, transitus a notione *rei necessariae* et agendi cum causa ad notionem *rei licitae* nimis abruptus videtur. Conf. Schulte J., *Die Geschichte der Quellen und Literatur des kanonischen Rechts von Gratian bis auf die Gegenwart*, 3 vol., vol. I: *von Gratian bis auf Papst Gregor IX*, Stuttgart, 1975, p. 141, 142.

guccio connectit, ita ut causa *iusta seu opus necessarium rem licitam dicat atque causa non iusta seu temere agere significare rem illicitam*.<sup>39</sup> „Eodem tempore hic novus conceptus rei licitae adhibetur in una decretali Clementis III, qui in casu homicidi*i* iudicat sacerdotem innocentem esse eo quod operam dedit *rei licitae* et *simul debitam* diligentiam adhibuit.<sup>40</sup> Posthac distinctio rei licitae ac illicitae communis evadit quum in decretalibus pontificiis tum in doctrina canonistarum, et apparet in Glossis ad Decretum aequae ac in commentariis super Compilationibus decretalium”.<sup>41</sup>

Doctrina de *re illicita* finem sibi praefinitum consecuta non est, ut ait Schwarz,<sup>42</sup> „Debuit enim illustrare nexus, qui inter voluntatem agentis et sequelas damnosas intercedit. Ostendit quidem connexionem voluntatis cum ipsa causa illicita, sed non demonstravit quomodo voluntas se habuerit erga effectus. Decretistae potuerunt ex causa illicita trahere *praesumptionem praevisonis* effectus vel *praesumptionem omissionis* diligentiae debitae, sicut postea fecerunt Decretalistae. Revera tamen Decretistae ex *re illicita* immediate conclusuerunt agentem saltem *indirecte voluisse* etiam malos effectus. Talis autem conclusio non videtur probari ex solo criterio *rei illicitae*, sicut ex alia parte ex *re licita* non potest concludi effectus malos non fuisse *indirecte voluntarios*”. „Judicium autem hisce in rebus qualemcumque profertur „versari in *re illicita*” est norma adhibita tam in doctrina Decretistarum quam in decretalibus pontificiis”.

Principium canonicum a Bernardo Parmensi: *Versanti in *re illicita* casus fortuitus imputatur*” in sua principali forma sat longe potest sustineri. Hoc effatum ex principio imputabilitatis obiective intelligitur, magnam partem in disciplina poenali de responsabilitate pro effectibus non dolosis, sed provenientibus ex actione dolosa habuit. Casum fortuitum in *re illicita* versanti semper imputari uno ore Decretistae profitentur Huguccio:<sup>43</sup> *si illicite (opere intendat) sive adhbeat diligentiam sive non, imputatur ei ho-*

<sup>39</sup> Por. Huguccio, *Summa ad Decretum Gratiani*, ad D. 50, c. 50, v. *necessario*: „i. e. utili et licto”, Cod. Vat. lat. 2280, fol. 52 r., cit. Schwarz, *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 99, not. 47.

<sup>40</sup> Por. Com. II, V, 6, 3: „Nos quoque considerantes, quod idem B., cum daret operam rei licitae, secundum quod in iure cautum est, omne studium adhibuit...” ed. Friedberg, p. 99.

<sup>41</sup> Por. *Glossa ord. ad D. 50, c. 37* (col. 343); ad D. 50, c. 6 (col. 318); ad *dict. Grat.*, C. 15, q. 1, c. 2 (col. 1321); Bernardus, *Summ. ad Comp. I*, tit. 10, § 5 de *homic.* (p. 222); Schwarz A., *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 96—99.

<sup>42</sup> Schwarz A., o.c., 102, 103.

<sup>43</sup> Huguccio, ad D. 50, c. 36, Kuttner, p. 201, n. 1; Morgante, *De casu fortuito in iure poenali canonico*, Apollinaris, 1949, Nr 1—2, p. 161.

micidium casuale)", *Richardus*:<sup>44</sup> „(homicidium) quod fit casu: si dedit operam rei illicite, sive cautelam adhibuit, sive non, imputatur ei". *Tancredus*:<sup>45</sup> „si autem illicite dabat operam sive adhibuit diligentiam sive non, semper ei imputatur". Ratio, cur in re illicita versans de casu fortuito teneatur, ab *Huguccione* perhibetur: "set quam diligentiam debitam creditur habere, qui operi illicito insistit?".<sup>46</sup> Res illicita dicenda est non tantum si a iure expresse prohibeatur quia mala, sed etiam si non necessaria, otiosa, demonstraretur.<sup>47</sup> *Dolus* seu mala voluntas in casu fortuito imputatur, si mala voluntas peccandi, nocendi, animus malignandi, evenitum, etsi non praevisum, praecesserit. *Rufinus*: „si quis velit vulnerare quempiam vel mutilare membris, nolle tam occidere, ex hoc tamen ipse moreretur, licet occidendi animum non haberit, reus tamen homicidii tenetur".<sup>48</sup> Quamavis actor actualiter effectum neque attendat, neque intendat, de eo tenetur, si culpa praecesserit, secundum principium generale a *Vincentio* propugnatum:" Nota: ubicumque culpa praecessit casum, tenetur quis de casu".<sup>49</sup> Culpa communiter est probanda, *in re illicita praesumitur*.<sup>50</sup>

Decretales Gregorii IX principum: „Versanti in re illicita casus fortuitus semper imputatur" aperte profitentur, implicite saltem, quatenus delinquentes casuales absolvunt si rei licitae institisse demonstrentur. *Innocentius III* (c. a. 1200) episcopo Metensi mandat ut permittat, nisi grave scandalum adsit, ut presbyter, qui non obstante debita diligentia, puerum fortuito necaverat, officium sacrum exerceat.<sup>51</sup> Idem Summus Pontifex (a. 1201) poenitentiam ad maiorem cautelam iniungit, qua peracta, sacerdos in susceptis ordinibus ministrare et ad maiores ascendere velebit<sup>52</sup>, absolute vero poenitentiam imponit sacerdoti qui furem sacrilegum, a fidelibus deinde lethaliter caesum, percusserat, antequam in sacro officio administrare possit<sup>53</sup>. *Innocentius III* decernit (at. 1200) sacerdo-

<sup>44</sup> *Richardus*, *Dist. ad s. 24, De poenit.*, D. 1, Kuttner, p. 201, n. 1; *Morgante*, 161.

<sup>45</sup> *Tancredus*, *ad Comp. II, V, 6, 2, De homic.*, Kuttner, p. 201, n. 1; *Morgante*, 161.

<sup>46</sup> *Ad D. 50, c. 50*, Kuttner, p. 223, n. 1; *Morgante*, 161.

<sup>47</sup> *Rufinus*, *ad D. 50, c. 37*; Singer, p. 126: „...Stultum enim est sentire quod ille aliquid diligenter fecerit, qui faciendi rem otiosam nullam occasionem haberit". Item *Johannes Faventinis*, *ad D. 50, c. 37*, *Morgante*, 162, n. 69.

<sup>48</sup> *Rufinus*, *ad D. 50, c. 45*, Singer, p. 128; *Morgante*, 167.

<sup>49</sup> *Vincentius*, *ad Comp. I, V, 10, 9, De homic.*, Kuttner, p. 208, n. 1; *Morgante*, 168.

<sup>50</sup> *Huguccio*: „set quam diligentiam debitam creditur habere, qui operi illicito insistit?", *ad D. 50, c. 50*, Kuttner, 223, n. 1; *Morgante*, 168. [51, X, V, 12, 14: „nec voluntate nec actu homicidium perpetravit, nec dedit operam illiciae rei".]

<sup>52</sup> X, V, 12, 18, (*Comp. IV, V, 6, 2, De homic.*).

<sup>53</sup> X, V, 12, 18, (*Comp. IV, V, 6, 2, De homic.*).

tem, qui puerum casualiter interfecerat, officia sacra administrare posse: „*quum idem capellanus nec voluntate nec actu homicidium perpetraverit, nec dedit operam illicite rei*”.<sup>54</sup> Hoc principium *Innocentius III* apertis verbis et absque ulla restrictione profiteatur.

Implicita haec norma contenta est in responsione *Innocetii III* (a. 1200), secundam quam monachum qui puerum fortuito necaverat ad altiores ordines promoveri posse, „*si... rem necessariam agebat et utilem*”.<sup>55</sup> *Alexander III* decreverat in excommunicationis sententiam non incidisse qui „*fortuito casu*”, turbam, ex officio arcendo, clericum percusserat.<sup>56</sup> Haec doctrina subsequentibus Summorum Pontificum decretalibus, est confirmata. Ita *Honorius III* decrevit sacerdoti homicidium casuale imputandum non esse, cum daret operam rei licitae: „*Nos igitur attendentes, quod dicto sacerdoti, qui dabat operam rei licite, nihil potuit imputari, si casus omnes non praevidi*...”<sup>57</sup> *Gregorius IX*, idem statuit, consimili in casu: „*Quidam, ut asseris, ad aedificationem ecclesiae, in adiutorium a presbytero evocatus, ruens cum laqueari... est humanis emptus...* Attendentes igitur, quod sacerdos ipse dabat operam licitae rei, studuerit etiam, quam debuit diligentiam adhibere... ob hanc causam, vel guia omnes casus fortuitos, qui praevideri non possunt, forsitan non praevidit, non debet quoad officium vel beneficium impediti”<sup>58</sup>. In fine debet addere, in *Decretalibus Gregorii IX* titulus 12, libri V, *De homicidio voluntario et casuali* 25 capitulis constat. Ad *decem* ex ipsis praeponitur summatio quae innuit iudicium ferri in ipsa decretali secundum normam rei licitae-illicitae.<sup>59</sup> In his decem vero capitulis tantummodo *tres* decretales in parte decisiva rationem summunt de re licita vel illicita cui agens operam dederit, ac una allis decretalis de re necessaria et utili loquitur.<sup>60</sup> Porro ne una quidem decretalis beneficiarium rescripti culpae arguit propter rem illicitam factam, sed in omni casu excusatio ex eo inveniatur quod ipse rei licitae operam dedit. Ergo ex ipsis decretalibus de homicidio doctrina de re licita ac illicita, in quantum

<sup>54</sup> X, V, 12, 15, (*Comp. III*, V, 7, 3, *De homic.*).

<sup>55</sup> X, V, 12, 13, (*Comp. III*, V, 7, 1, *De homic.*).

<sup>56</sup> X, V, 39, 3, (*Comp. I*, V, 34, 4 *De sent. excomm.*).

<sup>57</sup> X, V, 12, 23, (*Comp. V*, V, 6, 3 *De homic.*).

<sup>58</sup> X, V, 12, 25. *Morganante*, 174—176.

<sup>59</sup> X, V, 12, 7, 8, 10, 12, 13, 14, 15, 16, 23, 25.

<sup>60</sup> X, V, 12, 13: (*Innocentius III*): „*nec voluntate nec actu homicidium perpetravit, nec dedit operam illicitae rei*”. X, V, 12, 15: (*Innocentius III*): „*si monachus ipse rem necessariam agebat et utilem, et in loco, per quem aliquem transire non crederet...*”. X, V, 12, 23, (*Honorius III*): „*qui dabat operam rei licitae, nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non praevidi*”. X, V, 12, 25, (*Gregorius IX*): „*ipse dabat operam licitae rei, studuit etiam, quam debuit, diligentiam adhibere*”.

asserit quod iste qui rei illicitae operam dedit, eo ipso in culpa est, non alium argumentum quam „ex contrario” potest petere. Immo ex aliis decretalibus hauriri potest argumentum quod destueret ipsam doctrinam de re illicita. Ita v.g. X, III, 8, 5. Juxta doctrinam de re illicita cum episcopus culpa sua inciderit in excommunicationem vel suspensionem, quae impedit quominus officia conferat, omnia damna ex culpa procedentia eidem imputari deberent.<sup>61</sup> Be r- n a r d u s tamen in *Glossa ad I.c. contrarium* admittit verum esse: „sic patet quod licet culpa sua inciderit in excommunicationem vel suspensionem, non imputatur ei quod ex illa culpa processerit... et est simile, ubi culpa praecedit, at tamen non imputatur ea, que ex culpa sua processerunt”.<sup>62</sup>

*Decretalistae*, nullo contradicente, docent: *versantem in re illicita quoad omnes effectus poenales teneri*. In hac re Goffredus de Trano, qui primus omnium commentario Gregorii IX decretales exornavit, dicit: „...Si autem rei illicitae opera detur, vel si non adhibetur diligentia et cautela quae potest et debet, mors imputatur, clericus autem non promovebitur, et promotus de jure non administrabit”.<sup>63</sup>

Quam doctrinam omnes canonistae, ob canonum perspicuitatem, receperunt: *Cardinalis Hostiensis*,<sup>64</sup> *Albertus de Gandino*,<sup>65</sup> *Joannes Andreas*,<sup>66</sup> *Henricus Boich*,<sup>67</sup> *Bartolus a Sassoferato*,<sup>68</sup> *Antonius de Butrio*, *Petrus de Anchiarano*,<sup>70</sup> *Abbas Panormitanus*,<sup>71</sup>

<sup>61</sup> Schwarz A., *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 132, n. 31.

<sup>62</sup> *Glossa ad X, III, 8, 5*, col. 1074; Schwarz, 132, n. 31.

<sup>63</sup> De Trano, *In titulos Decretalium, De homic.*, n. 2, fol. 204 recto. Morgante, 176.

<sup>64</sup> Henricus a Segusio (*Cardinalis Hostiensis*), *Summa aurea*, Lugduni 1588, *In librum V Decretalium*, tit. 12, *De Homicid.*, *Addit.*, b, fol. 301 recto.

<sup>65</sup> Albertus de Gandino, *Super maleficis*, Lugduni 1530, *De homicidiariis et eorum poenis*, n. 21, fol. 58 recto.

<sup>66</sup> J o. Andreas, *In quintum Decretalium Librum*, Venetiis 1581, tit. 12 *De homicid.*, c. 3 *Continebatur*, n. 1, fol. 59 recto; in c. 13 *Delictus*, n. 1, fol. 61 recto; in c. 15 *Ex literis*, n. 1, fol. 61 recto.

<sup>67</sup> Boich Henricus, *In quinque libros Decretalium commentaria*, Venetiis 1576, *Distin. in V. librum Decretalium*, tit. 12 *De homic.*, c. *Super eo*, n. 40—45, p. 151 sq.

<sup>68</sup> Bartolus a Sassoferato, *Commentaria in sec. atque tert. Dig. Nov. partem*, t. 6, Venetiis 1602, *Dig. Novum*, 1. 48, tit. 19 *De poenis*, 1. 11 *Respiciendum*, § *Deliquunt*, n. 7, fol. 186 verso.

<sup>69</sup> De Butrio Antonis, *Super quinto Decretalium*, t. 7, Venetiis 1578, tit. 12 *De homicid.*, c. 12 *Ad audientiam*, n. 1, fol. 50 recto.

<sup>70</sup> Anchiaranus Petrus, *In quinque Decretalium libros facundissima commentaria*, Bononiae 1580—81, *Super quinto*, tit. 12 *De homic.*, c. 8 *Continebatur*, n. 1, p. 77.

<sup>71</sup> Pannormitanus, *Commentaria in quinque libros Decretalium*,

Dominicus a S. Geminiano<sup>72</sup> Philippus Decius<sup>73</sup>, Marianus Socinus<sup>74</sup>, Joannes a Turrecremata<sup>75</sup>.

Crebriores casus „rерum illicitarum” apud fontes et apud doctores sunt: torneamenta<sup>76</sup>, ludi a clericali dignitate alieni<sup>77</sup>, ars vetita:<sup>78</sup>

„Hic juvat notare, sicut doctrina Decretistarum ius ipsum praevenit in norma rei licitae et illicitae praeparanda, ita Decretalistae limites decretalium transgredientur in evolutione et extensione eiusdem doctrinae. In casu enim quodam homicidii, quod Alexander III indicavit culpabile non ob rem illicitam sed ob diligentiam omissam<sup>79</sup>, Glossa haurit rationem culpabilitatis ex hoc quod clericus rei illicitae operam dederit luendo cum laico<sup>80</sup>. Ludus illicitus nominatur, quia statui clecicali non congruit. Simili modo omnis usurpatio officii res illicita consideratur, utpote res agenti icongruens<sup>81</sup>. In usurpatione officii, etiam in ludo, priores commentatores rationem illeceitatis trahunt ex incongruentia rei, dum posteriores potius ex periculo damni quod ex re ipsa timetur,

---

Venetiis 1582, *Super quinto*, tit. 12 *De homic.*, c. 12 *Ad audientiam*, n. 1, fol. 144 verso.

<sup>72</sup> A. S. Geminiano, *Super Decretorum volumine commentaria*, Venetiis I, dist. 50, c. 42 *Eos vero*, n. 1, fol. 105 recto.

<sup>73</sup> Decius, Philipus, *In Decretalium volumen perspicua Commentaria*, Venetiis 1593, *De const. Cognoscentes*, n. 39, fol. 13 verso.

<sup>74</sup> Socinus Marianus, *Admirabilia commentaria in primam partem libri quinti Decretalium*, Parmae 1588, tit. 12 *De homic.*, c. 12 *Ad audientiam*, n. 160, fol. 263 verso.

<sup>75</sup> Turrecremata J., *In Decretum Gratiani*, Venetiis 1578, I, distn. 50, c. *Si quis viduam*, n. 4, p. 405.

Morgan te M., *De casu fortuito in iure poenali canonico*, *Apollinaris*, 1949, Nr 1—2, p. 171.

<sup>76</sup> X, V, 13,1, ex (*Comp. I V, 11, 1, De torneam.*).

<sup>77</sup> X, V, 12, 8, ex (*Comp. I, V, 10, 9 De homic.*).

<sup>78</sup> X, V, 12, 19 *De homic.*; *Reg. 19 in VI*—o: „Non est sine culpa, qui rei, quae ad eum non pertinet, se immiscere”.

Morgan te M., *De casu fortuito in iure poenali canonico*, *Apollinaris*, 1949, Nr 1—2, p. 172—174.

Myrcha M., *Problem winy w karnym ustawodawstwie kanoniczny*, *Prawo Kanoniczne*, 1972, Nr. 1—2, p. 73—118,  
*Prawo Kanoniczne*, 1972, Nr 3—4, p. 136—193.

<sup>79</sup> X, V, 12, 8.

<sup>80</sup> Bern. *Glos. ad X, V, 12, 8*: „hic dabat operam illicitae rei ludendo cum laico: quod non licet”, col. 1703.

Bern. *Glos. ad X, V, 12, 8, v Ludum*: „Iste ludus clericis non congruebat: & ideo si ludendo fecit, fuit in aliquantula culpa”.

Jo. Andr. *Comment. in X, V, 12, 22, n. 5*: „sed inter pueros non debet talis ludus noxius iudicari”, fol. 64 recto.

<sup>81</sup> *Glos. Ordin. ad Reg. Jur. 19 in VI*—o: „Casus in hoc capitulo potest figurari in clero iacente lapidem... illud scil. proicere lapidem, non competit suo statui: & sic fuit in culpa, quae praecessit casum... Item potest ponи exemplum... in monacho chirurgico; Certum est quod ars chirurgica est monachis prohibita... immiscuit se actui non conuenienti suo statui”, col. 802.

ita v. g. Durandus<sup>82</sup>. Notio rei illicitae amplio concipitur, ut illa amplectatur res non tantum inutiles vel incongruas et periculosas, sed etiam omnes res quacumque ratione malas vel prohibitas. „Itaque illum hominem, in culpa esse dicunt et de omnibus quibuscumque suae actionis effectibus teneri, qui consilium de re mala alteri dedit. Si ipse consuluit alicui sicario, ut alium occidat, sed casu quodam evenit ut sicarius ipse occisus sit, consulens, tenentur de morte istius atque irregularitatem effecitur, quia rei illicitae operam dedit”<sup>83</sup>. Phisicus nexus causalitatis iustificat hanc conceptionem. Ex eo sequitur eventus fortuitus actori imputari potest dupliciter:

1. Objective, quatenus lex peculiaris in casibus decernit, ut evenitus, etsi mere fortuitus, actori adscribatur, uti in casu „versantis in re illicita”.

2. Subjective, quatenus effectus, actualiter fortuitus atque involuntarius, in causa voluntarius, ob negligentiam vel dolum, est habendus.<sup>84</sup>

Juxta plures doctores casus fortuitus in re illicita occurens imputatur quia *dolum* vel *culpam* in subiecto directe supponit<sup>85</sup>. „Regula sit, ait F a r i n a c i u s, quod dans rei illicitae tenetur de omni eo, quod sequitur praeter illius intentionem et voluntatem... (nam) probavi, in puniendis delictis sufficere dolum in genere... Ubi culpa

<sup>82</sup> D u r a n d u s G., *Speculum iuris*, Venetiis, 1585, L. I, Partic. I de *dispenses*. § 4, n. 12: „Intellige autem chirurgum non prohiberi a promotione nisi proper periculum...”

<sup>83</sup> c. 3, V, 4 in VI-o: „Is qui mandat aliquem verberari, licet expresse inhebetat, ne occidatur ullatenus vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur, si mandatarius, fines mandati excedens, mutilet vel occidat, quum mandando in culpa fuerit, et, hoc evenire posse, debuerit cogitare”.

J o. A n d r., *Glos. ad c. 3, V, 4 in VI-o*: „nihilominus incurro irregularitatem; nam dedi operam *rei illicitiae*: ideo sunt mihi omnia imputanda quae possunt sequi ex illa re illicitiae”, col. 654. S c h w a r z A., *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 133, 134.

<sup>84</sup> S c h w a r z A., *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 136—140;

M o r g a n t e M., *De casu fortuito in iure poenali canonico*, Apollinaris, 1949, Nr 1—2, 187, 188;

M y r c h a M., *Problem winy w karnym ustawodawstwie kanoniczny*, *Prawo Kanoniczne*, 1972, Nr 3—4, 190—193.

<sup>85</sup> M o r g a n t e M., *De casu fortuito in iure poenali canonico*, Apollinaris, 1949, Nr 3—4, 419.

M y r c h a M., *Problem winy w karnym ustawodawstwie kanoniczny*, *Prawo Kanoniczne*, 1973, Nr 1—2, 205, 206;

S c h w a r z A., *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 145—198;

A b a d F r., *Imputabilidad del delito casual derivado a un actio ilícito*, *Revista Espanola de Derecho Canonico*, 8, 1953, 431—451.

M u e l l e r M., *Ethik und recht in der Lehre von der Verantwortlichkeit*, Regensburg 1932, 191 sq.

*praecedit casum, is qui in culpa est, tenetur de omni eo, quod sequitur, etiam casum*<sup>86</sup>. Item docent: *Augustinus Barbosa*<sup>87</sup>, *Ludovicus Engel*<sup>88</sup>, secundum quem homicidium casuale irregularitatem inducere, si ex opere illicito ad occisionem ordinato procedat, non item si per accidens mors sequatur: „quando actus ille illicitus ex sua natura est ordinatus, vel periculosus ad laesio-nem alterius, atque ex eo si non semper, saltem frequenter soleat homicidium, vel mutilatio consequi: veluti si quis iaculetur, aut dei-iciat gravia pondera in locum, per quem passim homines transire solent”. *Prosper Fagnanus*<sup>89</sup> huiusmodi doctrinae subscri-bens, rationem praebet: „quia etsi homicidium huius modi non sit voluntarium secundum se... tamen dicitur voluntarium secundum suam causam”. Hanc doctrinam profitetur etiam *Anacletus Reiffenstuel*:<sup>90</sup> „Qui dat operam rei illicitae quae ex se, aut na-tura sua inducit periculum mortis... et praesertim, si propterea etiam prohibita existit, irregulari efficitur”, nam homicidium huiusmodi „indirecte saltem, et in causa” voluntarium est dicendum. Saeculo XVIII *Franciscus Schmalzgrueber*<sup>91</sup> doceat: opus il-llicitum *ex se* periculosum, homicidam casualen irregulararem *semper* efficere; opus autem *per accidens* periculosa irregularitatem inducere tantum in casibus „in iure specialiter expressis”.

Quod attient poenam alii canonistae poenam ordinariam, alii ex-traordinariam exigunt. Nonnulli, v. g. *Jacobus Menochius*<sup>92</sup>, dum timide, videntur a quavis poena eximere: „Est vera ac divina prope omnium sententia, delictum sine dolo committens non puniri. Vel si plectitur, mitiori poena saltem”.

<sup>86</sup> *Farinacius P.*, *Praxis et theoricae criminalis amplissime*, Pars quidem quarta, Francofurti 1610, q. 126, tit. 14, pars II, Amplia 9, n. 74, p. 363, 2 n. 64 p. 362

<sup>87</sup> *Barbosa A.*, *In quintum Decretalium*, tit. 12, *De homic.*, c. 12 *Dilectus*, n. 1, p. 104.

<sup>88</sup> *Engel L.*, *In quintum Decretalium*, tit. 12 *De homic.*, § 4 *De ir-regularitate*, n. 50, p. 368.

<sup>89</sup> *Fagnanus P.*, *In quintum Decretalium*, tit. 12, *De homic.*, c. 11 *De cetero*, n. 16, p. 129. (*Commentaria in quinque libros Decretalium*, 6 vol., Venetiis, 1708—9).

<sup>90</sup> *Reiffenstuel A.*, *Jus canonico universum iuxta titulos Decre-talium cum tractatu de regulis juris*, Venetiis 1778, *In quintum Decreta-lium*, tit. 12 *De homic.*, § 1, n. 4, p. 234.

<sup>91</sup> *Schmalzgrueber Fr.*, *Jus ecclesiasticum universum*, Romae, 1843—1845, *In quintum Decretalium*, tit. 12 *De homic.*, § 4, q. 3, n. 217, p. 465.

<sup>92</sup> *Menochius J.*, *De arbitriis iudicium quaestionibus et causis, libri duo*, Lugdunni 1606, 1. II, cent. 4, cas. 324, n. 1, p. 422.

*Morgante M.*, *De casu fortuito in iure poenali canonico*, *Apollinaris* 1949, Nr 3—4, 408—424;

*Schwarz F.*, *Figura hominis diligentis in re culpae iuridicae*, 181—195; *Myrcha M.*, *Problem winy w karnym ustawodawstwie kanonicznym, Prawo Kanoniczne*, 1973, Nr 1—2, 205—275.

Ante Codicis Juris Canonici promulgationem distinctionem inter versantem in re licita et illicita Petrus Gasparri<sup>93</sup> servat. Si homicidium casuale ex opere illicito procedat Gasparri docet imputari si actio prohibita fuerit quia homicidii facile inductiva, vel etiam ob aliam causam, atque probat ex nonnullis *S. Congregationis Concilii* decisionibus et ex can. *Tua nos*<sup>94</sup>.

Josephus D'Annibale<sup>95</sup>, Michael Lega<sup>96</sup>, Franciscus Wernz<sup>97</sup>, uno elemento subiectivo attendentes, a distinctione obiectiva inter rem licitam ac illicitam abiciunt. Lega<sup>98</sup> ait: „non videtur praecipue attendendum an quis operam dederit rei licitae vel illicitae, sed potius exinde sequi posset effectus occisionis, qui praevideri poterat et debebat”.

### 3. Doctrina iuris poenalis

*Dolus praesumptus, dolus indirecte probatus, dolus indirectus.*

Doctrina juris poenalis, praesertim doctrina communis juris poenali germanici, in *Constitutione criminali Carolina subnixa*, studerit in lucem evolvere elementum subiectivum ex principio per se obiectivo: „versanti in re illicita”, et dependetentem facere ab eo resonasabilitatem poenalem pro omnibus effectibus procedentibus ex actione illicita. Jus poenale materiale auxilium obtinuit in hac materia ex parte juris poenalis formalis, praesertim ex legali sistemo probationis vigente in processu poenali. In hoc systemo processuali multum valere confessioni: confessio est regina probationum. Torturae sunt instrumenta eruendae veritatis. Unde specialis eorum

<sup>93</sup> Gasparri P., *Tractatus canonicus de sacra ordinatione*, Paris 1893 I, n. 443, p. 273: „Si Titius sui compos dedit operam actioni licitae ex qua sine ulla diligentiae omissione mors vel mutilatio alicuius secuta est... nullum esse peccatum, nullamque irregularitatem incurrit.

<sup>94</sup> X, V, 12, 19.

<sup>95</sup> D'Annibale J., *Summula theologiae moralis*, Romae 1908, ed. 5 I, p. 451, n. 422, pars I, tract. 7, cap. 2, art. 2.

<sup>96</sup> Lega M., *De delictis poenis*, ed. 2, 421—423, n. 349.

<sup>97</sup> Wernz F., *Jus decretalium*, VI, p. 30, n. 21.

<sup>98</sup> Lega M., *De delictis et poenis*, p. 69, n. 46.

<sup>99</sup> Lega M., *De delictis et poenis*, p. 68, n. 45; 421, n. 348: „non incurrit irregularitas ex facto casuali non culposo: dummodo casus, seu vis maior attingat, seu afficiat intentionem agentis, non operis officium...”

Lega M., *De delictis et poenis*, 69, n. 45: „Quaeri debeat an casus cum culpa coniunctus esse possit, quoad moralem imputationem. — Ut puta quis dans operam rei illicitae, ut ecce clericus vacans venationi rei prohibite, si casu hominem occiderit, tenetur hic de homicidio? Nec defuerunt Doctores ita opinantes... Sed haec opinio haud tenenda est, quia in huiusmodi facto, etiam quasi delicti deest qualitas, quia eventus prorsus fortuitus nullimode praevideri potest; nec proinde imputari”.

functio ad confessionem faciendam. Indicia sufficiunt ad faciendam accomodationem torturae. Reus potest se defendere iuramento purgatorio et aliis modis, quibus potest avertere a se praesumptionem culpae<sup>102</sup>.

#### *a. dolus praesumptus*

Unum ex elementis in evolutione doctrinae de principio versanti *in re illicita* erat species culpae, quae nominationem *doli praesumpti* adhibuit. In comparatione cum principali principio dolus praesumptus progressum statuit. Atmosfera rei illicitae insufficiens est. Dolus est necessarium. Ad actionem delictuosam status psychicus postulatus est, qui cum effectibus provenientibus ex hac actione delictuosa debet rationem habere. Ex altera parte deest probatio hui statui psychico. Ergo sufficit praesumptio quoad eum, qui illicite agit vult omnes effectos productos hac actione. Si eos non vult, neque eos praevidet, neque eos in conscientia habuit, debet hoc probare iuramento purgatorio vel alio modo suam innocentiam ostendere. Unde sequitur quod dolus praesumptus permitendo probationem contrarium principium processuale revertit, secundum quod actor debet culpam rei probare sed non contra reus suam innocentiam debet vindicare. *Probatio incumbit et, qui dicit, non qui negat*<sup>103</sup>.

#### *b. Dolus indirecte probatus*

Ad faciendum iuramentum purgatorium vel ad aliam purgationem ope testium, vel aliarum circumstantiarum, quae praesumptionem revertant, auctorem illicite agentem, neque praevidere, neque in conscientiam habere, neque voluere effectos huius illicitae actionis, non sit difficile; unde dolus praesumptus icommoda species culpae fiat, facultatem dante facile excusandi a poena praeter existentiam effectum ex actione dolosa v.g. mortis hominis. Evolutio gressum facit et novam conceptionem doli producit, s. d. *dolus indirecte probatus*. Differentia inter *dolum indirecte probatum* et *dolum praesumptum* in hoc consistit, quod dolus praesumptus solummodo praesumptiōnem culpae creat, dolus indirecte probatus pro probato habendus est. Indirecte quidem probatus ratiocinazione, qui agat illicite, vult omnia, quae sequuntur ex hac actione, sed probatus. Sequitur ex hoc, quod nulla adest differentia inter *dolum praesumptum* et *dolum indirecte probatum*, si agitur de argumento et sensu. Sunt

---

<sup>102</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 8, 1965, Nr 3—4, 105—143.

<sup>103</sup> Papierkowski Z., *Wina Kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 1965, Nr 3—4, 117, 118.

solummodo diversae conceptiones iuridicae rationis psychice ad non intentos et non praevisos effectus actionis dolose in re illicita. Inter duos species doli differentia adest solummodo formalis in processu criminali. Dolus indirecte probatus non admittit contrariam probationem, id est probationem innocentiae rei. Si notum est reum dolose v. g. vulneravit hominem, mors huius hominis *indiceret probata* est, sine aspectu, utrum reus eam praevidet et utrum erat pro eo res nec opinata<sup>104</sup>.

### *c. Dolus indirectus*

Existentia *doli indirecte probati* decidivit cum tempore deiciendi teorias de legalibus probationibus et assumendi principii de libera aestimatione iudicij probationum. Non minus dolus indirecte probatus, quam dolus praesumptus erant solummodo una ex speciei theoriae legalis probationis, iudici imperanti, tamen non persuaso, culpam tamquam probatam accipere.

Amissio huius conceptionis culpae e systemo probandi in processu criminali non est eis abrogatio. Mutatio procedurae criminalis in puncto probationis non est resolutio quaestionis responsabilitatis pro effectibus non praevisis, sed procedentibus ex actione dolosa. Hoc problema existit et exigit disputationem. Evolutio, cuius initium exodi erat principium *rei illicitae*, progressum facit et patefacit ex se conceptionem culpae sub nomine *dolus indirectus*. Discremen inter has duas conceptiones et dolum indirectum in eo consistit, quod hae habent characterem processualem, hic characterem materialem. Dolus indirectus non est species probationis culpae, sed est factum probandum. Differentia meritorica inter eos consistit in eo, quod in luce doli praesumpti et doli indirecte probati sufficientem conditionem responsabilitatis poenalis pro non intentis effectibus procedentibus ex actione dolosa erat confirmatio causalitatis lagro sensu acceptae inter actionem dolosam et effectibus procedentibus ex actione dolosa. De dolo indirecto solummodo potest dicere, quando causalitas est adequata, id est restrigenda ad causam proximam, aliis verbis, quando hic effectus ex actione plerumque sequitur vel facile sequi potest.

Considerando hoc problema ex parte subiectiva nulla adest differentia substantialis inter dolum indirectum, dolum praesumptum et dolum indirecte probatum. Non ita est ex parte obiectiva. Dolus praesumptus et dolus indirecte probatus amplectabant omnes effectus, etiam eventum casualem, si inter eos et actionem dolosam causalitas realis existit. Dolus indirectus effectum casuale excludit,

---

<sup>104</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 1965, Nr 3—4, 118—120.

etiam effectum non casuale excludit, si inter illum et actionem dolosam causalitas adequata non adest.

Culpa autem praesumitur, si opus ex quo homicidium sequutum est, periculosum fuerit, vel caeterum a iure prohibitum, quo altero in casu irregularitas ex quasi-delicto oriri potest

W e r n z dicit: „A vero delicto immunes sunt, quorum actiones potius casui sunt adscribendae, cum auctor neque finem neque circumstantias suae actionis praevidere potuit”.

Ex homicidio casuali irregularitatem incurre qui, operi sive licito sive illico insistens, culpam thelogice gravem contraxi. Ex hac comparatione sequitur, quod dolus indirectus potest esse agnitus tamen magis proxima postulatio ad culposam responsabilitatem poenalem pro effectu non intento, sed procedente ex dolosa ac delictuosa actione.

#### *d. Culpa mixta (combinata)*

Tandem ultimum stadium evolutionis responsabilitatis poenalis pro operam dare rei illicitae est conceptio *culpae combinatae* (mixtae, dolosae culposae, si ita potest dicere). Haec conceptio nomen habet: culpa combinata, culpa dolo determinata, vel culpa *dolo ex orta atque dolus praeterintentionalis*. Essentia huius conceptionis, id est culpae dolo determinatae et doli praeterintentionalis est dolus quoad delictum fundamentale (culpa dolosa) et culpa quoad effectum delicti non fundamentalis. Sequitur ex eo, quod conditio sine qua non responsabilitatis poenalis pro effectu secuto ex delicto fundamentale est praevisione vel officium praevisionis eum. In comparatione cum dolo indirecto et dolo indirecte probato et dolo praesumpto culpa dolo exorta et dolus praeterintentionalis est magis ac explicita constructio subjective responsabilitatis poenalis est. Hae duae species culpae combinatae inter se solummodo formaliter differant. Punctum gravitatis conceptionis culpa dolo exorta consistit in culpa qualificata per dolum, attamen in constructione doli praeterintentionalis res se habet contrarie, precipue dolus est qualificatus per culpam (praevisione effectus). Ex parte meritorica hae duae conceptiones (constructiones) pro synonima videtur habere posse, diversis verbis unum sensum exprimentia, id est combinationem doli, si agitur de delicto principale (fundamentale), cum culpa, si agitur de effectu secuto ex hoc delicto fundamentale<sup>105</sup>.

<sup>105</sup> Papierkowski Z., *Wina Kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 1965, Nr 3—4, 120, 121.

Rajzman H., *O tzw. winie kombinowanej w teorii de lege lata i de lege ferenda*, Annales Universitatis Mariae Curie-Skłodowska, Lublin — Polonia, Vol. X, 2, Sectio G., 1963, p. 54 sq.

Feuerbach A., *Lehrbuch des gemeinen in Deutschland gültigen Penitentlichen Rechts*, Giessen 1840 (ed. C. J. A. Mittermaier), p. 104 sq.

*Concursus culpae et doli*

In doctrina juris poenalis de problemo culpae combinatae apparet conceptio apprehensionis hoc problema tamquam *concursus dolium culpa*<sup>106</sup>. Haec constructio contendit diiudicare concursum dolium culpa ope concursu idealis delictorum, at imprimis ope concursu legum superioris ordinis. Haec constructio tendit ad submovendum conceptionis culpae combinatae. Haec constructio est stricte theoretica et a nullo codice poenali realisata. Fuator huius conceptionis est Abegg, qui conceptionem Feuerbach culpa dolo determinata opugnat, cum haec conceptio in primo loco ponit culpam tamquam principalem fontem responsabilitatis et secundo loco dolum. Secundum Abegg non potest accipi constructio: *dolus culpa determinatus*. Optima solutio concursu culparum est, secundum Abegg, dolus indirectus<sup>107</sup>.

4. Codices poenalis non nullorum civitatum

Oritur quaestio: quomodo codices poenales, nunc vigentes, non nullorum civitatum, responsabilitatem poenalem pro effectibus non dolose causatis, sed provenientibus ex actione dolosa diiudicant?

---

Liszt F., Schmidt E., *Lehrbuch des deutschen Strafrechts*, Berlin und Leipzig 1932, t. I, p. 220 sq.;

Glaser S., *Polskie prawo karne w zarysie*, Kraków 1933, s. 158 sq.; Wolter W., *Zarys systemu prawa karnego*, Kraków 1933, t. I., p. 162 sq.;

Wolter W., *Prawo karne, część ogólna*, Warszawa 1944, p. 155 sq.;

Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, Warszawa 1973, p. 150—154;

Śliwiński S., *Polskie prawo karne materialne*, Część ogólna, Warszawa 1946, p. 214 sq.; 280 sq.;

Świdła W., *Prawo karne*, Część ogólna, Warszawa 1966, 170—172;

Glaser S., *Przestępstwa kwalifikowane przez następstwa i przedmiotowe warunki karalności*, Gazeta Sądowa Warszawska, 25—27/1933;

Andrejew I., *Następstwa czynu jako warunek karalności*, Państwo i Prawo, 10, 1962;

Papierkowski Z., *Culpa dolo exorta*, Lublin 1937;

Makarewicz J., *Culpa dolo exorta*, *Głos Prawa*, 9—10, 1937;

Makarewicz J., *Czy nowelizować kodeks karny*, *Głos Sądownictwa*, 3, 1938;

Makowski W., *Kodeks karny 1932, Komentarz*, I, Część ogólna Warszawa 1932, 66—68.

<sup>106</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana*, *Prawo Kanoniczne*, 1965, Nr 3—4, 121;

Rajzman H., *O tzw. winie kombinowanej*, 72 sq.,

Feuerbach A., op. cit. p. 104;

Abegg J. F., *Lehrbuch der Strafrechtswissenschaft*, Neustadt, 1836, 122 sq; 140 „Zusammentreffen vom dolus und culpa;

Herbst E., *Handbuch des allgemeinen österreichischen Strafrechts*, Wien 1882, I, p. 59.

<sup>107</sup> Abegg J., Op. cit. p. 140.

*1. Fundamentum extrinsecum seu obiectivum*

1) *Codex poenalis germanicus* ex anno 1871, qui post multas novelisationes in utraque societate germanica nunc obligat (NRF, NRD), et qui in parte Polomiae ad annum 1932 obligabat, principium obiective responsabilitatis accipit<sup>108</sup>. Secundum hoc codice, si actio est poenalis, auctor huius actionis responsabilis est pro effectu secuto ex hanc actione sive praevidet sive non praevidet runc effectum. Codex principium obiective responsabilitatis accipiendo regulam „operam dare rei illicitae” sancivit. Debet hic notare, quod doctrina iuris poenalis germaniae maiorem partem habet in elaboratione exitus evolutionis regulae versanti in re illicita atque ad introductiōnem principii culpa dolo determinata a Feurbach iniciati adduxit, haec doctrina de subiectiva responsabilitate a codice est neganda. Quidem ab anno 1953 in codice adest § 56, qui est similis ad art. 15 § 2 codici poenalis polonici ex anno 1932 et art. 8 cod. poen. polon. ex anno 1969, ergo adest occasio et causa ad receptionem principii subiectivismi culpae pro responsabilitate pro effectu in forma conditionis praevidendi eum, sed Supremum Judicium Federalis Republicae Germaniae putat, hunc praeceptum (praeceptum) accommodationem non habet, ergo existit obiectiva responsabilitas pro „singulari” effectu”, si actio est dina poenae solummodo in casu existentiae effectus huius generis<sup>109</sup>.

Nonnulli auctores, v. g. Makowski<sup>110</sup> signa subiectivismi in codice poenali germanico volunt videre i § 59 secundum quem, ignorantia circumstantiae, quae augent responsabilitatem, excludit imputabilitatem huius circumstantiae.

§ 59. „Si auctor ignorat circumstantiam quae augent responsabili-

<sup>108</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana*, Prawo Kanoniczne, 1965, Nr 3—4, 121, 122;

Maurach R., *Deutsches Strafrecht*, Allgemeiner Teil, Karlsruhe 1958, p. 277 sq.;

Welzel H., *Das deutsche Strafrecht*, Berlin 1958, p. 119 sq.;

Beling E., *Grundzüge des Strafrechts*, Tübingen 1930, 17, 40 sq.;

Mezger E., *Strafrecht*, Allgemeiner Teil, München-Berlin 1957, p. 168;

Frank R., *Das Strafgesetzbuch für das deutsche Reich*, Tübingen 1931 sq., 196 sq.;

Löffler A., *Die Schuldformen des Strafrecht in Vergleichend-historischer und dogmatischen Darstellung*, Leipzig 1895, 262 sq.

<sup>109</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana*, Prawo Kanoniczne, 1965, Nr 3—4, 122;

Rzejman H., op. cit. p. 72.

<sup>110</sup> Makowski W., *Prawo karne*, Część ogólna, *Wykład porównawczy prawa karnego austriackiego, niemieckiego i rosyjskiego obowiązującego w Polsce*, Warszawa-Lublin-Łódź-Poznań, Nakład Gebethnera i Wolffa, Bez daty wydania, 270,271.

tatem vel in delictuolisitatem influunt, haec circumstantiae non sunt ei imputandae."

Haec opinio non potest admitti, quia § 59 aliam questionem regulat, nempe ignorantiam facti et non potest accommodari ad responsabilitatem poenalem pro effectibus non praevisis, sed procedentibus ex actione dolosa.

2) *Lex penal austriaca ex anno 1852* constructionem doli indirecti accipit. § 1 huius legis statuit: ad committendum scelum necessarius est dolus (böser Vorsatz), qui adest non solum in forma doli directi (geradezu bedacht und beschlossen), sed etiam in casu, quando ex quacumque mala intentione faciendum vel omittendum est aliquid, ex quo malum (id est effectum) unde secutum, plerumque sequitur vel facile sequi potest (gemeinlich erfolgt oder doch leicht erfolgen kann). Hoc est dolus indirectus in causalitate adequata nixus. Oritur quaestio, quomodo haec causalitas adequata debet accipi: utrum subiective, vel obiective? Utrum conditio responsabilitatis penalis pro effectu est praevisio actoris, quod ex actione ab eo facta, hoc effectum plerumque adest vel facile adiri potest et viceversa, utrum haec praevisio non est actualis et sufficit pro responsabilitate solummodo vinculum casuale obiectivum inter actionem et effectum? Codex non dat responsionem in hac quaestione. Responsionem debemus inquirere in interpretatione logico-historica, nempe in compartione cum codice poenali Franciscano ex anno 1803, ex quo sequitur responsabilitas obiectiva. In luce codicis ex anno 1803 in § 1 Legis penal ex anno 1852 habenda est causalitas obiectiva adequata, et non subiectiva, qua locum habet inter actionem et effectum, quod plerumque vel facile sequitur

3) In campo obiectivismi stat codex penal galicus. *Code pénal*<sup>111</sup> quaestionem responsabilitatis pro non intentis effectibus mortiferibus in art. 309 resolvit, in quo est sermo de poena pro con-

<sup>111</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 1965, Nr 3—4, 122, 123;

Herbst E., *Handbuch des allgemeinen Österreichischen Strafrechts*, Wien 1882, I, 53, in pagina 59 autor vidi culpam dolo determinatam et similitudinem cum dolo indirecto. De differentia his verbis dicit: „dass die Umstände nicht soxal geartet waren, um auch das wirklich entstandene Übel s als im bosen Vorstaze begründet annehmen zu können. Ist nun aber bewissen, das nua culpa dolo determinata vorhanden war, so ist das Zusammentreffen einer dolosen mit einer culposen strafbaren Handlung eingetreten,...”

Rittler T., *Lehrbuch des Österreichischen Strafrechts*, Wien 1954, I, 209;

Löffler A., op. cit., 182 sq.;

Hoegel H., *Geschichte des österreichischen Strafrechts in Verbindung mit einer Erläuterung seiner grundsätzlichen Bestimmungen*, Wien 1904, 139 sq.

<sup>112</sup> Papierkowski Z., *Wina kombinowana, Prawo Kanoniczne*, 1965, Nr 3—4, 123, 124;

Vidal G. — Mangol J., *Cours de droit criminel et de science pén-*

tudisionem corporis et vulnerationem vel aliam corporis laesionem (coups et blessures). Secundum primum textum huius articuli pro caedem (meurtre) habenda est actio dolosa afferentia damnum corporis cum effectu mortifero, sed non intento (Cour de Cassation). Reus huius delicti puniendus sit aeterna poena laboris necessaris. Hoc erat conclusio obiectiva, nullum rationem habentia cum praevisione mortis victimae ab auctore coups relative blesures.

Novella ex anno 1832 decisionem Cour de Cassation damnavit ut excessivam et mutavit art. 309 Code pénal (caput ultimus) hoc modo, ut poenam anterioram mutavit in poenam laboris in tempus definitum. Hoc dat signum mutationis responsabilitatis obiective in subiectiva. Doctrina et iudicatura (Cour de Cassation de die 27. III. 1902 an.) ad maiorem responsabilitatem pro effectu mortifero postulavit, ut auctor damnificationis corporis rationem habet possibilitatis nascendi hunc effectum. At hoc proprie significat postulationem praevidendi eum. Adest ergo restitutio ad subiectivam responsabilitatem pro effectu non intento, sed secuto ex actione dolosa.

4) Codex poenalis belgicus<sup>113</sup> hanc quaestionem regulat modo doli indirecti. Apparet hoc ex art. 518 (caput ultimum), ex quo sequitur, qui domum dolose incendit et propte rea mortem hominis habitantis in domo causavit, poena mortis damnatus est

Significare hoc iuvat, non minus doctrina galica, quam belgica, dolum eventualem cum dolo indirecto confudat, quod mihi mirum videtur<sup>114</sup>.

*tentiare*, Paris 1935, 150—180 (specialiter p. 167, 168: „...le dol est direct lorsque l'agent a pu prévoir les conséquences de son action... Il est indirect ou éventuel lorsque il a produit des conséquences plus graves que celles, quell'agent a prévues ou pu prévoir; par exemple parce qu'il ignorait que ces conséquences puissent se produire, ainsi des coups à une femme enceinte, dont l'agent ignorait la grossesse, on produit l'avortement. On a quelque fois rendu l'agent responsable de ces conséquences; cette solution est excessive, puisque l'on ne peut retrouver aucune intention criminelle relativement à cette circonstance ignorée et imprévue mais seulement une faute”.

Garrraud R., *Traité Theorique et pratique du droit pénal français*, Paris 1913, I, 553—609 (Du concours du dol, de la faute, du cas fortuit, p. 591—595);

- Tyszkiewicz L., *Niektóre problemy współdziałania przestępstnego a projekt k.k. Państwo i Prawo*, 7, 1963;
- Współdziałanie przestępne i główne pojęcia z nim związane w polskim prawie karnym*, Wyd. Uniw. Ad. Mickiewicza, Poznań 1964;
- Wolter W., *Spowodowanie a sprawstwo pośrednie*, Czasopismo Prawnicze i Ekonomiczne, 1929;
- Wolter W., *Zagadnienie uczestnictwa w przestępstwie*, Nowe Prawo, 7—8, 1955;
- Glosa (IV K 355/63) dot. pochłonięcia podżegania przez sprawstwo, Nowe Prawo, 9, 1964;
- Makarewicz J., *Wykładnia kodeksu karnego*, Gazeta Sądowa Warszawska, 10, 1934;
- Makarewicz J., *Bezkarność podżegania i pomocnictwa*, Przegląd Prawa i Administracji, 1934;
- Makarewicz J., *Przestępstwa indywidualne a orzecznictwo Sądu Najwyższego*, Gazeta Sądowa Warszawska 39, 1937;
- Makarewicz J., *Czy nowelizować kodeks karny*, Głos Sądownictwa, 3, 1938;
- Maciior M., *Problem podżegania i pomocnictwa do przestępstw nieumyślnych*, Nowe Prawo, 9, 1969;
- Odpowiedzialność podżegacza i pomocnika za przestępstwa z winy nieumyślnej*, Państwo i Prawo, 3, 1962;
- Kryminalno-polityczne konsekwencje ujęcia sprawstwa oraz podżegania i pomocnictwa w projekcie k.k. 1963 r.*, Państwo i Prawo, 5—6 1963;
- Milonowicki Z., *Pedżeganie i pomocnictwo*, Wileński Przegląd Prawniczy, 8, 1938;
- Głaser S., *Kilka uwag o podżeganiu i pomocnictwie do przestępstwa nieumyślnego*, Głos Prawa, 6—8, 1938;
- Kowalski J., *Problem współsprawstwa*, Wojskowy Przegląd Prawniczy, 1, 1937;
- Kowalski K., *Kodeks karny w dotychczasowej praktyce*, Czasopismo Sędziowskie, 1, 1937;
- Lisocki S., *Karałość podżegania i pomocnictwa do przestępstw indywidualnych w kodeksie karnym polskim*, Czasopismo Prawnicze i Ekonomiczne.

landum supra dictum problema in parte generali codicis poenalis, cogit. Ex aequalitate istarum formarum sequitur, delictum in forma instigationis vel auxilii committi posse quamvis delictum auctoris non adest sive ex defectu culpae auctoris, sive quia ad exsecutionem actus prohibiti ab auctore per ventum non est.

b. Independentia responsabilitatis instigatoris vel adiutoris a responsabilitate auctoris in hoc manifestatur:

1. Ipsa, ab exsecutione vel conatu delicti ab auctore independens est.

2. Independens est a subiectivis proprietatibus auctoris, ergo ab eius culpa. Differentiae in subiectiva parte delicti ad hoc perdere possunt, quod instigator et adiutor pro alio delicto ac auctor respondebunt.

3. Instigator et adiutor ad delictum individuale personae peculiariter qualificatae esse non debent.

4. Circumstantiae stricte coniunctae cum persona delinquentे non influentes in typum delicti, quae responsabilitatem mitigant vel acuunt, tantummodo quoad personam quam attinent, respiciuntur. Gradus responsabilitatis cuiusque istarum personarum, diversus esse potest.<sup>140</sup>

#### A. Effectio et coneffectio

*Codex poenalis ex a. 1932*, quaestionem auctoris delicti omittit, et termino „auctor” omnino non utitur, volens per hoc firmiter signare, se proprie unumquemque, tam instigatorem quam adiutorem, sicuti illum, qui in conspiratione cum illis immediata actione communiter intentum effectum in mundo externo provocat, auctores delict esse quia unusquisque eorum suo modo consilium suum exsequitur, ergo delictum committit.<sup>141</sup>

*Codex poenalis ex a. 1969* ab hac conceptione recedit et in art. 16 effectiōnem definit. „*Pro effectione non tantum ille respondet, qui delictum solus vel cum alio patrat, sed is quoque, qui exsecutionem delicti per aliam personam dirigit*”.

*Codex ex a. 1969* expressione „auctor” in duabus significationibus utitur: sensu largo, auctor item instigator et adiutor est, sensu stricto, cum ob differentias in charactere actus contraponit: effectio — instigatio — auxilium. Fundamentale principium codicis est, instigationem et adiutorium aequales formas phaenomenales esse ad effectiōnem sensu stricto commissionis delicti.

---

<sup>140</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 292, 293.

<sup>141</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 294—302;

Wolter W., *Prawo karne*, 356—370;

Sliwiński S., *Prawo karne*, 344—367;

Świda W., *Prawo karne*, 214, 215.

Ad mentem art. 16 codicis poenalis tres species effectio[n]is exsistunt:

a) *Effectio simplex* — Delictum sommittit „ipsem[et] auctor. Verbum „ipse” instigatorem vel adiutorem non excludit, sed tantummodo aliam personam, quae tamquam auctor qualificaretur. Talis auctor is est, qui suo modo agendi omnia signa in aliquo typo delicti definita tam obiectiva quam subiectiva exsequitur. Concorditer cum art. 16 c. p. quaestio effectio[n]is eadem est ac quaestio characteris actus exsequendi, cuius proprietates non pendent ab eo, utrum culpabilis est an non. In luce art. 19 § 1 c. p. effectio non necessario delictuosa esse debet, cum instigator et adiutor respondent, quamvis persona, quae actum prohibitum pergerit seu modo autor, responsabilitatem ob defectum culpae non potaverit. Aliis verbis, concorditer cum supra memorato praescripto auctor ille quoque est, qui actum exsequatur, cum signis a lege definitis, sed ob carentiam culpae responsabilitatem poenalem non suffert.

Si delictum ad categoriam delictorum individualium pertinet, tunc auctor singularis esse potest exclusive persona, qualitates enumeratas in lege possidens, quae eandem in auctorem individualem qualificant. Auctor, quaelibet persona esse non potest.

b) *Coneffectio*, (concurrus). Haec altera figura in hoc consistit, quod quis, „communiter cum alia persona delictum committit”. Codex poenalis ex a. 1932, qui de effectione silebat, etiam de altera forma, qua tamquam indispensabili, praxis utebatur, non memorabat. Auctores c. p. ex a. 1932 e principio exhibant, necessarium non esse de tali forma committendi delictum separatim loqui, quae in immediata exsecutione eiusdem status facti consistit. Attinet hoc non tantum casum, quando auctor unicus est, sed etiam, cum plures communiter agunt. Iuxta s. p. ex a. 1932 non sunt hi participes unius, communiter patrati delicti, sed independentes transgressores. Circumstantia cooperationis est circumstantia facti et qua talis non potest influxum habere in individualem aestimationem responsabilitatis, seu non habet valorem iuridicum in stabienda principia huius responsabilitatis. Si duae personae communibus ictibus hominem occidunt, indifferens est cuius ictus mortem causavit. Ambo ipsi immediata actione, ad exsequendum suum consilium tendebant.

Iuxta theoriam *culpae accessoriae* locum habet hic homicidium communiter patratum cum responsabilitate concurrentium — conactorum pro concursu in himicidio. Unitas effectus tractatur heic tamquam unitas actionis et unitas delicti.

Concorditer cum c. p. ex a. 1932, unusquisque horum auctorum, communi actione suum proprium propositum delictuosum exsequens, independens delictum committit, et unitas effectus, distinctae tractationi et individuali aestimationi actionis cuiusque delinquentium haud impedit. Plena responsabilitas pro delicto consummato in ipsa

actione auctoris nititur, (quorum actiones tantae sunt, quantae personae operantes) et non in effectu, qui in forma unius eventus manifestari potest.

*Codex poenalis ex a. 1969* sub influxu praxis a tali opinione in effectiōnem et coneffectiōnem recedit, aliam formam effectiōnis praevidens (art. 16). Punctum gravitatis in verbo „*communiter*” quiescit. Coneffectio tunc prodibit, si sine concursu, agnitiō quemque operantium ut auctorem, res impossibilis aut saltem difficilis sit.

Diiudicatio problematis effectiōnis, imprimis claram notionem effectiōnis exigit. In hoc puncto duae opinio[n]es sese oppugnant: *obiectiva et subiectiva*.

Iuxta theoriam *obiectivam* auctor ille est, qui sua actione legalia signa actus prohibiti exsequitur. Actus prohibiti effectio, tamquam obiectivo-technica exsecutio actionis prohibitae intelligenda est. Coeffectio vero tunc prodibit, cum actus coauctoris incompletus est, et ab altero coauctore suppletur, seu actus coauctoris signa actionis in lege definitae qua prohibitae, ostendere debeat. Iuxta theoriam *subiectivam* auctor ille est, qui *animum auctoris habeat*, totum actum tamquam suum velit, suo consilio totam unionem proprietatum actus prohibiti amplectatur, eiusdem actus effector — auctor est. Tali modo intellecta effectiōne, coeffector, conauctor etiam ille esse potest, cuius obiectiva agendi ratio in auctorem non qualificat; qui ergo obiective exsecutiōnem actus facilitat, adiutor est. Ad subiectivam conceptionem effectiōnis, praxis inclinatur. Quia, iuxta constructionem polonicam auxilium aequalis forma cum effectiōne sit, receptio theoriae obiectivae hiec iustificata est, quia nulla impedimenta adsint, ut validum ad exsecutiōnem auxilium, sicuti effectio puniatur. Conceptio subiectiva in constructione concursus in alieno delicto magis fundata est ob tendentiam ad mitius puniendum auxilium quam auctorem principalem, quod quandoque exigentiis strictae iustitiae offensioni esse potest.

Conditiō necessaria coeffectiōnis „*conventio*” est, vel saltem conscientia cooperatio tamquam elementum actus coeffectorum coniunctivum. Conventio haec ante actionem vel durante actione delictuosa sequi potest. Tunc de successiva coeffectiōne dicitur. Coauctor serius ad consortium accedens, pro toto tamen, ergo et pro hoc, quod prius confectum est, respondet. Obiectum coeffectiōnis ante omnia delicta dolosa sunt, quamvis coeffectio etiam in delictis culposis exclusa non est.

c) Tamquam tertia figura effectiōnis, iuxta art. 16 c. p., sequitur „*directio executionis actus prohibiti per aliam personam*”. Vocatur hoc „*effectio directiva*”. Legislator polonicus in art. 16 s. p. conceptionem effectiōnis extendit, nomine auctoris nuncupans, non tantummodo eum, qui actum prohibitum exsequitur, sed eum quoque, qui non gerens sese modo a lege poenali peculiariter proribito, exsecutio-

nem auctus per aliam personam dirigit. Haec tertia species effectio-nis ab ipso initio controversialis facta est et talis probabiliter mane-bit. Essentia effectio-nis directivae in organisanda et dirigenda actione delictuosa consistit. Non sufficit igitur ad hanc effectio-nem ipsa in-ductio vel auxilium in patrando delicto, inde in hoc ab instigatione et ab adiutorio differt. Effectio directiva ultiro, tempore preeparandi actionem prodire potest, peculiariter in forma preeparationis consilium actionis, divisionis functionum, in ulteriore evolutione actionis delictuosa effectio directiva iuxta aliam effectio-nem physicam ap-parere debet.

Effectio directiva vocari potest effectio mediata, sed in sensu art. 19 § 1, et non in sensu, qualem conceptio haec possidebat, partici-pando in alieno delicto tamquam effectu extremae dependentiae responsabilitatis participum a responsabilitate auctoris et impossi-bilitate puniendi instigatoris vel adiutoris, cum ex parte auctoris deesse delictum ob defectum culpae.

**B. Instigatio.** Concorditer cum art. 18 § 1 „*respondet pro instiga-tione, qui volens, ut alia persona delictum committat, ad hoc ean-dem inducit*“.<sup>142</sup>

Instigatio speciem psychicae cooperationis delictuosa constituit. Instigator iste est, qui ita in psychicam alienae personae influit, ut haec actum prohibitum committat. Eius psychicus influxus condi-tionem sine qua non se gerendi alienae personae statuat, necesse est. In casu cantrario instigationi locus non est, possibilis tamen est adiutorium psychicum, cum alia persona consilium committendi delictum iam habet. Persona, quam instigator ad delictum inducit, quodammodo individualiter determinata esse debet, quamvis perso-naliter ei nota non sit. Modus technicus instigationis indifferens est, potest esse mandatum, comminatio, persuasio, precatio etc.

Ad mentem art. 18 § 1 instigatio tantummodo cum dolo directo perfici potest, dolus eventualis heic exclusus est. Indicat hoc ver-bum „vult“. Per se, instigatio ad delictum patrandum tendit; pos-sibilis tamen est instigatio ad instigandum et instigatio ad adiutorium.

**C. Auxiliatio.**<sup>143</sup> Ad mentem art. 18 § 2 c. p. „*respondet pro auxilio, qui volens, ut alia persona actum prohibitum patraret, in hoc consentiens, eidem media suppeditat, consilium vel infor-mationes impertit, aut in alium similem modum, perpetrationem delicti facilitat*“. Obiective, auxiliatio consistit in faciliore reddenda perpetratione delicti aliae personae. Auxilium, naturae physicae aut

<sup>142</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 302—304;  
Wolter W., *Prawo karne*, 370—378;

Sliwiński S., *Prawo karne*, 345—367;  
Makowski W., *Kodeks karny* 1932, 113—118.

<sup>143</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 304—307;  
Wolter W., *Prawo karne*, 378—382.

psychicae esse potest. Non necessario conditionem sine qua non ad perpetrandum delictum illud statuere debet. Indicat hoc verbum „*facile reddit*“ Ex essentia conceptionis „auxiliationis“ sequitur, auxilium *dolosum* esse debere. Auxiliator cum *dolo directo* agere debet, quamvis *dolus eventualis* heic exclusus non est (aliter ac in instigatione). Auxiliatio divisa esse potest: 1) ante susceptionem propriae actionis delictuosae, 2) durante exsecutione actionis delictuosae, 3) post exsecutionem actionis delictuosae, si promissa fuerit iam ante susceptionem actionis vel durante eiusdem exsecutioni.

Similiter ac in instigatione possibile est 1) conauxilium, 2) auxilium ad instigationem et auxilium ad auxilium.

#### **D. Independentia responsabilitatis instigatoris et auxiliatoris necnon eiusdem limites<sup>144</sup>**

Valorem decivum heic habent praescripta art. 17 et 19 c. p. Art. 17. „*Adiuncta stricte personalia responsabilitatem poenalem excludentia, mitigantia vel acuentia, quoad personam tantum quam attinent, respiciuntur*“.

Art. 19 § 1: „*Instigator et auxiliator intra limites sui consilii respondent, quamvis persona, quae actionem prohibitam patraverit vel patratura erat, responsabilitatem non subibat*“.

§ 2: „*Si peculiaris proprietas auctoris prae se fert signa delicti, influentia etiamsi tantum in superiore punibilitatem, persona quae, sciens de hac proprietate inducit auctorem ad actionem vel ei auxilium praestat, tamquam instigator vel auxiliator respondet, si vel ipsa talem proprietatem non habuerit*“.

E supra citatis articulis sequitur, instigationem vel auxiliacionem aequales cum effectione species patrandi delicti esse. Ex hoc sequitur:

##### **1. Responsabilitas instigatoris et auxiliatoris in casu delicti ab auctore patrati<sup>145</sup>.**

Ad quaesitum hoc art. 20 § 1 c. p., dat responsonem: „*Tribunal poenam pro instigatione vel auxilio intra limites comminationis pro determinato delicto, imponit*“.

De delicti perfectione realisatio omnium signorum actionis prohibita in determinato typo delicti decidit. Quamdiu auctor actus prohibiti delictum non commiserit, tamdiu perpetratio delicti in forma instigationis vel auxiliationis deest. Instigatio ad delictum non est igitur delicti commissio iam momento cum instigator auctorem

<sup>144</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 307—317;  
Sliwiński S., *Prawo karne*, 367—382;

<sup>145</sup> Sliwiński S., *Prawo karne*, 176—182.

ad committendum actum prohibitum induxerit. Analogice delictum in forma auxiliationis perfectum non est iam momento, cum auxiliator „faciliorem” reddit exsecutionem actus prohibiti. Si ita esset, tunc instigatio et auxiliatio non formae perpetrationis delicti, sed distincta delicta essent.

## **2. Responsabilitas instigatoris et auxiliatoris in casu, quo delictum ab auctore patratum non fuerit<sup>146</sup>.**

Ex eo, quod instigatio et auxiliatio formam delicti patrandi constituant sequitur, se in casu quo auctorem delictum patraturum non fore, ex parte instigatoris et auxiliatoris responsabilitatem pro delicto commisso cadere. Non potest tamen responsabilitas pro forma actus, quae est inductio vel auxiliatio, cadere.

*Codex poenalis ex a. 1932* in art. 29 § 1 statuit: „*Si delictum patratum non sit, instigator et auxiliator pro conatu eiusdem delicti respondent*”.

*Codex poenalis ex a. 1969*, hanc quaestionem mediate ordinat in art. 20 § 2 statuit: „*Si delictum committere conatum non sit, tribunal instigatori vel auxiliatori extraordinariam poenae mitigationem applicare potest, immo ab ea irroganda abstinere potest*.”

Cum instigator et auxiliator delictum committunt vel tunc, quando auctor nequidem conabatur, tunc eo magis respondent, cum auctor delictum committere conabatur. Responsabilitas est pro conatu, instigatione seu auxiliatione in connexione cum conatu delicti. E praescripto can. 20 § 2 c. p. sequitur, responsabilitatem instigatoris et auxiliatoris adhuc longius affectari et constantiam manifestare, plenam harum formarum phenomenalium, cum ex parte auctoris conatus non existit, sed ad sumnum praeparatio (punibilis vel non), quia instigator et auxiliator pro infficacitate inductionis vel conatus respondent. Existit hic quaedam similitudo ad conatum inefficax ob defectum proprii obiecti sive medii (art. 12 c. p.). *Codex poenalis ex a. 1932*, ut omnia dubia sub hoc aspectu evitemur, se casum heic verificari, possidentem essentiales qualitates conatus, in art 29 § 1 expresse talen responsabilitatem praevidebat. Mea opinione constructio c. p. ex a. 1932 clarior et inde proprietor erat.

## **3. Responsabilitas instigatoris et auxiliatoris et transgressio seu non impletio mandati ab auctore<sup>147</sup>.**

*Codex poenalis ex a. 1932* responsum dabat in art. 28: „*Instigator et auxiliator responsabilitatem intra limites sui consilii subeunt*,”

---

<sup>146</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 310, 311.

<sup>147</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 309.

*independenter a responsabilitate personae, quae actum intentum perfecit vel perfectura erat".*

Codex poenalis ex a. 1969 in art. 19 § 1: „*Instigator et auxiliator respondent intra limites sui consilii...*”. Inde sequitur instigatorem et auxiliatorem non respondere de hoc, quod auctor fecit supra id, ad quod instigator inducebat et auxiliator iuvabat (excessus), sed de hoc respondere, quod in eorum consilio erat, cum auctor minus fecerit.

E supra dictis sequitur, responsabilitatem instigatoris et auxiliatoris in segregatione eius functionis individualis et in aestimatione poenali-iuridica harum actionum niti, quas ipsem solus ad exsequendum suum consilium suscipit. *Decisivum igitur heic est dolus instigatoris et auxiliatoris necnon sua propria actio.*

#### 4. Instigatio et auxiliatio in casus irresponsabilitatis auctoris<sup>148</sup>.

Quaestio haec in c. p. ex a. 1969 in art. 19 § 1 ordinatur: „*Instigator et auxiliator respondent, quamvis persona, quae actum prohibitum perfecerit vel perficere voluerit responsabilitatem non subiierit.*” Praescriptum art. 19 § 1 cum certis modificationibus ex art. 28c. p. ex a. 1932 transsumptum est: „*Instigator et auxiliator responsabiles sunt intra limites sui consilii, independenter a responsabilitate personae, quae actum intentum perfecerit aut perficere voluerit.*”

Praescriptum hoc quaestionem dirimit, utrum defectus culpae ex parte auctoris in responsabilitatem instigatoris vel auxiliatoris influat, eo modo, quod eius modus procedendi privat qualitate instigationis vel auxiliationis, tamquam diversis ab effectione formae committendi delictum vel non. In primo casu instigator et auxiliator respondent, sed iam in charaktere s. d. „*auctoris mediati*”. In secundo casu isti ulterius respondent pro delicto commisso in forma instigationis vel auxiliationis. Problema effectiomis mediatae ortus est in relatione cum conceptione instigationis et auxiliationis, qua concursu in alieno delicto et coniuncti cum hoc principii dependentiae responsabilitatis instigatoris et auxiliatoris a responsabilitate auctoris. Cum defectus culpae ex parte auctoris responsabilitatem pro delicto excludat, eo ipso instigator vel auxiliator non habet in quo participet, quia delictum deest. Ad causandam responsabilitatem instigatoris et auxiliatoris, necesse erat eos auctores facere et quia auctor immediatus iam aliquis alius erat, ipsi auctores mediati fiebant. C. p. polonicus ex a. 1932 auctorem mediatum non cognoscit. Expresso hoc edixit, principalis auctor eiusdem codicis J. Mak-

<sup>148</sup> Wolter W., *Nauka o przestępstwie*, 310—312;  
Świda W., *Prawo karne*, 216—220;  
Sliwiński S., *Prawo karne*, 367—370.

r e w i c z, occasione acris criticae declarationis *Supremi Tribunalis*, D. 49/34, in qua receptum est, „inductionem non sui compotis, personae agentis in errore necnon sub coactu psychico instigationem non esse, sed effectiōnem”. Anno 1938 Tribunal Supremum e sua positione in quaestione imputabilitatis auctoris se recipit (D. 56/38).

Introducto in praxim novo codice poenali ex a. 1969 tendentia apparuit, revertendi ad utendum structura effectiōnis mediatae, quamvis c. p. ex a. 1969 structuram ex a. 1932 c. p., ut supra notatum est, recipit. Ratio huius est, introducta in effectiōnem conceptio *effectiōnis directiuae*. Contra hanc tendentiam W. Wolter surrexit (*Doctrina de delicto*, Varsavia 1973, p. 311) notans, in c. p. ex a. 1969, ambitum effectiōnis dilatatum esse per introductionem effectiōnis directiuae et per hoc ambitum instigationis et auxiliationis imminutum esse, quod tamen haud iustificat, ut effectio dilatetur ibi, ubi functionem sufficientem instigatio et auxiliatio exsequntur, auctor vero immediatus ob defectum culpae non respondet.

In casu quo auctor poenae, pro conatu ob liberam cessationem ab actione vel intentionem praecavendi effectum delictuosum, non subicitur, instigator et auxiliator responsabiles sunt, quia ex parte auctoris conatus locum habuit (art. 20 § 2 c. p. ex a. 1969, art. 29 § 1 c. p. ex a. 1932).

### 5. Instigatio et auxiliatio ad delicta individualia <sup>149</sup>.

Problema hoc in fundamento theoriae concursus in alieno delicto (culpae accessoriae) prodixit, et acutiorem formam cooptavit in fundo constructionis polonicae formarum phaenomenalium codice poenali ex a. 1932, cum instigator et auxiliator proprium delictum committant. In codice ex a. 1932 quaestio haec in art. 16 regulabatur: „*Circumstantiae in punibilitatem actus influentes, quoad hanc tantum personam, quam attinent, respiciuntur*”. Interpretatio huius praescripti, diversitatem opinionum provocavit. M a k a r e w i c z putabat, instigationem et auxiliationem ad delicta individualia impunibiles esse, nisi lex ex figuris delictum sui generis efficiat. Secundum alteram opinionem, conditio necessaria responsabilitatis instigatoris seu auxiliatoris est possessio ab iisdem qualificationum in auctorem. Opinio haec a multis auctoribus etiam a M a k a r e w i c z impugnabatur quippe quae ad effectus absurdos duceret (Wolter, Śliwiński S., *Prawo karne*, 367—377; Świda W., *Prawo karne*, 219, 220).

---

<sup>149</sup> Wolter *Nauka o przestępstwie*, 312—317;  
Śliwiński S., *Prawo karne*, 367—377;  
Świda W., *Prawo karne*, 219, 220.

ponsabilitatem instigatorum seu auxiliatorum non qualificatorum ad delicta individualia annumeravit.

Codex poenalis ex a. 1969 hanc rem in duobus articulis ordinat: Art. 17: „Circumstantiae stricte personales, responsabilitatem poenalem excludentes, mitigantes aut acuentes, aspiciuntur tantummodo quoad personam, quam attinent”.

Art. 19 § 2: „Si peculiaris qualitas auctoris signum delicti statuit, influens saltem in superiorem punibilitatem, persona, quae sciens quidem de hac qualitate adducit auctorem ad actum vel ei auxilium praestat, tamquam instigator aut auxiliator respondet, si vel ipsa talis qualitatem non habeat”.

Opinio tertia igitur heic superavit. Art. 19 § 2 delicta individualia propria attinet, in quibus peculiaris qualificatio auctoris, tamquam signum typi fundamentalis necnon individualium delictorum impropriorum, prodit, quae hoc conspiciuntur, quod peculiaris qualificatio typum fundamentalem non significat, sed solummodo typum qualificatum, secumferens punibilitatem severiorem.

Concorditer cum articulo superiore instigator et adiutor ad delicta individualia, respondet pro delictis commissis individualibus in forma inductionis seu allevationis, iudependenter utrum et ipse qualificationem peculiarem possideat necne, sed sub conditione, se ipsum de hac peculiari qualificatione auctoris scire.

Art. 17 c. p., qui ratione suae collocationis refertur ad coauctores, ratione vero materiae etiam ad instigatores et auxiliatores, statuit, characterem stricte personalem circumstatarum causare, ipsas in responsabilitatem exclusive individualiter influere i. e. quoad personam quam attinent, et in responsabilitatem poenalem aliarum personalem haud conicere, ut in coauctores, instigatores et auxiliatores.

## 6. Punibilitas instigationis et auxilii<sup>150</sup>.

Codex poenalis ex a. 1932 speciale praescriptum quoad punibilitatem instigationis et auxilii non habuit. Auctorem c. p. ex a. 1932 constructione instigationis et auxilioctionia taliter suggesti sunt, ut necessitatem punibilitatis statuendae contra has formas non viderint, non obstante quod heic de personali extensione punibilitatis agatur. Codex poenalis ex a. 1969 hic correctionem perfecit.

In art. 20 § 1 statuit: „Tribunal poenam irrogat pro instigatione vel auxilioctione intra limites comminationis pro determinato delicto praevisi”.

---

<sup>150</sup> Wolter W., Nauka o przestępstwie, 322—325;  
Świda W., Prawo karne, 220;  
Sliwiński S., Prawo karne, 367—382.

*Art. 21 § 1: „Poena non subicitur instigator vel auxiliator, sua sponte executionis actus prohibiti occurrit”.*

*§ 2: „Tribunal extraordinariam mitigationem poenae applicare potest erga instigatorem aut auxiliatorem, qui sua sponte perfectioni actus prohibiti occurrere conotus est”.*

Art. 21 § 1 et 2 correspondens est art. 13 § 1 et 2. Paragraphus 1 dolorem activum attinet. Differentia in hoc tantum est, quod in art. 21 § 1 tantummodo de occurrentia perfectioni actus sermo sit, non est sermo vero de cessatione ab actu, quod facile intellectu sit, delictum ab alia persona commissum iri. Instigator occurrere tantum potest, ne alia persona delictum perpetret.

Art. 21 § 2 correspondens est art. 13 § 2 c. p., conabundum dolorem activum attinet, cum instigator vel auxiliator occurrere executioni actus prohibiti contendat. Codex extraordinariam poenae mitigationem heic praevidet.

Art. 21 § 3 possibilitatem applicandi praescritum art. 21 § 1 et 2 c. p. ad provocatorem i. e. ad personam, quae inducit ad committendum actum prohibitum ad dirigendum contra personam inclinatam processum poenalem, excludit.

*Art. 21 § 3: „Praescripta § 1 et 2 non applicantur erga eum, qui aliam personam ad committendum actum prohibitum inducit ad processum poenalem contra eam dirigendum”.*

Correspondens supra nominatis praescriptis in c. p. ex a. 1932 fuit art. 30.

Ambo codices praevident praescripta directa contra provocationem, i. e. contra tales casus, cum quis aliam personam ad committendum delictum inducat, sed de facto ipsem talis delictum non vult immo vel eidem occurrit, dirigendo actionem poenalem contra personam per se inductam. Provocatio specificas notas damnificationis socialis exhibet, quapropter c.p. instigatorem e privilegio contento in § 1 et 2 art. 21 excludit in isto vel casu, cum instigator non tantum conari, sed vel reipsa occurrere effectibus suae actionis possit.

### 3 Ius canonicum — concursus

#### 1. Codex Iuris Canonici

Praescripta concursum in delicto attinentia in can. 2209 apprehendit. Iuxta Codicem Juris Canonici delictum viribus communibus commissum auctori immediato tribuitur et omnibus aliis partes secundariae, auxiliares, dependentes, accessoriae agnoscantur. Inde provenit theoria concursus dependentis et stabilimenti totius conceptionis concursus in relatione participantium ad auctorem principalem (immediatum) eiusque actionis. Delictum auctor committit

et alii participes tantum cum eo concurrunt, dependentes igitur sunt in actionibus suis sicut et in determinatione culpe et responsabilitatis ab auctore immediato.<sup>151</sup>

Constructio haec concursus in alieno delicto vocata, hodie adhuc in codicibus poenalibus divulgatur. Ad veteres constructiones annumeratur. Hodie novae sunt, quae culpam accessoriam rumpunt et inter quas et polonica adest, de qua supra sat late scriptum est. In hac conceptione persona principalis auctor est, qui proprium delictum commisit et omnes alii, qui ad hoc psychice aut physice contribuerint, proprium delictum non committunt sed in delicto auctoris participant. Consequentia huius status rei est, responsabilitatem eorundem aliorum (instigatorum, auxiliatorum) sortes responsabilitatis auctoris dividere. Si ad actum delictuosum auctoris per ventum non sit, tunc responsabilitas aliorum concurrentium decidere debet, etsi ipsi e sua parte omnia fecerint, ut delictum committeretur. Talis conceptio quaestione concursus restrictiones suggerit. Iuxta me de dependentia et accessorietate sermo esse non debet, quia vestigia antiquarum conceptionum de responsabilitate collectiva hic apparent, quodammodo modificatae et adaptatae ad hodiernam doctrinam de culpa. In moderno codice principium responsabilitatis cuiusque participantium pro hoc quod intendebat et quid fecit stabilendum est. Talis conceptio modernis opinionibus de culpa respondet. Culpa in moderno iure poenali effectus est *duplicis evolutionis*, scil. a responsabilitate *collectiva* versus *individualem* necnon a responsabilitate *obiectiva* versus *subiectivam*. Hac de causa modernus codex poenalis, ad effectum adducere debet ideam modernam iuris poenalis: *punire pro culpa, sed vera, ulterius pro culpa propria non concivis sive membra alicuius coetus territorialis, si- ve in casu instigationis et auxiliationis pro culpa auctoris principalis delicti.* Supra dictis exigentibus in magna parte polonica construc-*tionis* effectuationis, instigationis et auxiliationis respondet, de qua supra, dicta sunt. Mea opinione ipsa digna est receptione a iure canonico, nam ob *subiectivismum* et *individualismum* in statuenda culpa et responsabilitate cum spiritu Ecclesiae necnon eius doctrina de imputabilitate et responsabilitate morali concors est. Hoc dici non potest de conceptione concursus in alieno delicto quae ulterius a Codice Iuris Canonicici, uti supra dictum est, sustinetur.

## 2. Modi responsabilitatis instigatoris et auxiliatoris

Legislative responsabilitas instigatoris et auxiliatoris diversimode tractari potest. Legislator iudicare potest instigatorem et auxiliato-

<sup>151</sup> Michiels G., *De delictis et poenis*, I, 326—365;

Robert F., *De delictis et poenis*, I, 207—220;

Wernz-Vidal, *Jus Canonicum*, VII, 134—156;

Coronata M., *Institutiones iuris canonici*, IV, 47, n. 1673.

rem proprium delictum committere ad quod instigabat vel adiutorium praestabat, non immediate quidem, sed tamquam auctor sensu largo per talem personam, quae proprium delictum patrat. Concorditer cum hoc, instigator et auxiliator proprium committit delictum per delictum alienae personae, totaliter responsabilis. In hac conceptione instigatio et auxiliatio phaenomenalis tantum forma (peculiaris) delicti generici, ab auctore principali patrati, est. Instigator vel adiutor, causam alicuius actus aut effectus creant, qui secutus fuerit vel secuturus sit per actionem auctoires immediati. Instigator consilium actus patrandi provocat, ut per delictum alterius agat, responsabilem personaliter pro actione et effectu, quae in intentione instigatoris iacent. Auxiliator quoque causam actionis vel effectus provocat, causam ordinarie auxiliarem, talem tamen, quae ad finem aliquem obtinendum adiuvat. Instigator vel adiutor homicidium aut furtum committunt similiter ac auctor principalis cum hac differentia, quod per aliam personam agunt, plene responsabilem pro homicidio vel furto. Committunt igitur homicidium vel furtum in forma instigationis aut auxiliationis. Conceptio talis ad conclusionem dicit, instigatorem et adiutorem etiam auctores in largiore sensu delicti esse, quod principalis auctor committit — *crimen per crimen alterius*. Consequentia talis positionis est, auxiliatorem et instigatorem suum delictum commisisse momento demum, cum delictum suum auctor principalis commiserit. Conabantur vero committere, cum actionem tendentem ad inducendum vel auxilium praestantum susceperunt. Finitur, cum auctor principalis actionem terminaverit (e. gr. explosit sed aberravit) vel delictum consummaverit (victimam occidit). Conatus singulorum concurrentium non necessario incipere debet simul, quia hic non unum tantum delictum exsistit, sed tot, quot sunt concurrentes.

Talis conceptio quaestionis responsabilitatis instigatorum et auxiliatorum est technicus modus actum genericum, quem auctor principalis perficit. Superior constructio instigationis et auxiliationis principio exprimitur delictum *instigatoris et auxiliatoris per delictum auctori principalis*.

Constructio haec unum vitium habet. „*Auctorem mediatum*” introducit, in casu, quo auctor principalis delictum non committit. Sic dicta „*effectio mediata*” tunc accipitur, cum data persona (auctor mediatus) non personaliter agat, sed per aliam personam, tamquam instrumento eadem utens, praescripta vero de instigatione et auxiliatione nimis arte constructa sunt neque applicari possunt. Clarum est legoslatorem responsabilitatem ipsius individui minime renuntiare et formam (auctoris mediati) introducere coactum esse. Prodit hoc in formandis praescriptis de instigatione et auxiliatione iuxta principium: *delictum proprium instigatoris et auxiliatoris per delictum (non actum) alterius personae*. Iuxta hoc principium instigatio

et auxiliatio tunc solummodo exsistit, cum ex parte eius, qui inducebatur vel adiuvabatur delictum evenit (actus culposus). In hac conceptione qui irresponsabilem, sciens de statu eiusdem mentis, inducit, ut hominem occidat, aut auxilium ei praestat instigationem vel auxiliationem non committit, quia ex parte eius, qui inducere tur aut adiuvaretur deest delictum: ad has personas puniendas necesse est conceptum (auctoris mediati) inducere. Constructio haec in praxi haud parvas implicationes causat. Unde legislator modernus ad „auctorem mediatum” amovendum tendit ope aptae formationis praescriptorum de instigatione et auxiliatione ita, ut in iisdem „auctor mediatus” contineatur. Hoc ad reiciendum principium dicit: *delictum proprium instigatoris et auxiliatoris per delictum alterius personae et loco illius, magis praxi serviens stauendi delictum proprium instigatoris et auxiliatoris per actum alterius personae.* Accepto hoc principio, magna ex parte forma „auctoris mediati” removetur. Principium hoc *polonicus codex poenalis ex a. 1969* recipit, ligans instigationem et auxiliationem cum actu ostendente etsi obiectivam essentiam actus ex parte eius, qui inducebatur vel adiuvabatur. Effectus eiusdem art. 18 § 1 est: „*Pro instigatione is respondet, qui volens, ut alia persona actum prohibitum exsequetur, ad hunc eam inducit*”.

§ 2: „*Respondet pro auxiliatione, qui, ut alia persona committat actum prohibitum volens, aut concordans, media ei suppeditat*”.

Codex poenalis ex a. 1932 verbo „delictum” usus est. Art. 26: „*Instigationem committit, qui aliam personam ad committendum delictum inducat*”.

Art. 27: „*Auxiliationem committit, qui ad delictum patrandum actu vel verbo auxilium praestat*”.

Interpretatio supra dictorum praescriptorum unanimis non fuit. Sententiae auctorum discrepabant. Alii sese pro principio exigente delictum ex parte auctoris principalis sese edicebant, alii, pro actu. Accepto primo principio, in alto gradu ambitus „auctoris mediati” augetur. Concorditer cum hoc principio, is qui hominem ad actum instigat, quem scit, absque culpa agere (aetas, irresponsabilitas, error etc.), et eo ipso delictum non committere, auctor mediatus est. Hoc etiam auxiliatorem attinet. Alterum principium constructionem effectionis mediatae ad minimos limites reducit, cum scil. inducens vel adiuvans ad actum, culpose agit. Pro hoc principio ipsem et auctor codicis ex a. 1932 Makarewicz stetit, qui e codice molestam constructionem „auctoris mediati” amovere volens, in suo commentario ad Codicem propositionem exhibuit, ut art. 26, 27 in hoc sensu explicarentur, „legem in mente habere delictum sub aspectu ipsius inducentis”. Talis interpretatio instigationem et auxiliationem accipere permittit etiam tunc, cum instigator aliam personam iducit, ut actu suo, qui non necessario delictum esse debeat, com-

mitteret delictum eius (i. e. instigatoris) et auxiliator aliam personam adiuvat, ut ipsa suo actu, qui ex eiusdem parte delictum esse non debeat, delictum auxiliatoris perficeret. Conceptionem hanc Śliwiński evolvit indicans, ipsam interpretationem grammaticalim impedimentum per se non statuit, ne art. 26, 27 ita intelligatur, ut Makarewicz suggerit. Insuper art. 28 hic occurrit, qui culpam „accessoriam” rumpens statuit, instigatorem et auxiliatorem independenter a responsabilitate personae respondere, quae actum intentum perfecerit aut perfectura sit. Sequitur inde, eum, qui induceretur vel adiuvaretur irresponsabilem vel esse posse, etiam ex defectu culpae (lege non distingueente), quod tamen responsabilitatem instigatoris vel auxiliatoris non tollit nec eiusdem characterem instigatoris vel auxiliatoris. Pro interpretatione versus principium „actus” inperformatio logica stat, nam culpa instigatoris seu auxiliatoris a culpa auctoris principalis dependeretur, at codex cum accessorietae rumpit. Tandem versus principium „actus” sat clare ipsem legilator mentem aperit in lege de transgressionibus de die 11 iulii 1932 (Diarius Legum, positio 572). Art. 2 legis de transgressionibus, citat art. 26 c. p. In art. 5 legis de transgressionibus legislator statuit, eum, qui *inducit* ad actum e. gr. impubem infra vel 13 annorum, tamquam „*instigator*” et non tamquam „*auctor mediatus*” respondere<sup>152</sup>.

Supra memoratas difficultates interpretationis *Codex penalnis ex a. 1969* removet, adhibens in art. 18 expressionem „*actus*” loco „*delictum*”. Ita, c. p. ex a. 1969 expresse principium fovet: *delictum instigatoris et auxiliatoris per actum alterius personae*. Iuxta conceptionem polonicam instigatio et auxiliatio necnon effectio, tres aequales formas generales (phaenomenales) committendi delictum constituunt. Tam instigator, quam auxiliator proprium delictum committunt et non in alieno delicto participant.

*Codex penalnis helveticus ex a. 1937* ex accessorietae resignat et ex effectione, instigatione auxiliatione tria, aequalia formas committendi delicti construit. In art. 24 et 25 expressione „*crimen vel delictum*” utitur. Prima fronte videretur legislator principium fovere: „*delictum instigatoris et auxiliatoris per delictum aliae personae*”. Ex comparatione supra nominatorum articulorum cum praescriptis contentis in art. 9, 18 et 32 sequitur, c. p. *helveticum ex a. 1937* iungere instigationem et auxiliationem cum *actu* exhibente, etsi obiectivam essentiam actus ex parte eius, qui induceretur vel adiuvaretur.

Legislativa solutio responsabilitatis de instigatione et auxiliatione ita quoque ordinari potest, sicuti *codex norvegiensis ex a. 1902 facit*. Codex peculiarem formam phaenomenalem delicti via instigationis commissi vel auxiliationis non inducit, sed formas istas inse-

<sup>152</sup> Śliwiński S., *Prawo karne*,

rit in legalem definitionem singularium typorum delictorum. Codex norvegiensis a. 1902 e parte generali codicis omnino concursum in delicto amovet et quaestionem hanc transigit, peculiarem essentiam dati generis delicti definiens, e. gr. poenae subest *is*, qui tali vel alio modo se gerit vel cooperatur. Quia instigatio et auxiliatio concursum constituant, ideo ad legalem, peculiarem essentiam singularium delictorum intrant.

Legalis ordinatio responsabilitatis instigatoris et auxiliatoris iuxta theoriam Fojnicki et Nicoladoni institui potest in forma s. d. *delicti „sui generis”*. Instigatio et auxiliatio appetat hic tamquam sui iuris, personalis et ad partem specialem, codis pertinens delictum. Non exsistit e contra tamquam forma phaenomenalistyorum genericorum, nec tamquam elementum legalis essentiae actus delicti generici.

E supra memoratis solutionibus, puto, aptissimam esse *polonicam ex a. 1969*, nam in ipsa emendati sunt defectus in c. p. ex a. 1932 contenti, necnon ratio habita est codicis penalisi helvetici ex a. 1937.

### C o n c l u s i o n e s

1. In ordinanda instigatione et auxiliatione, principium culpae accessoriae evertentum est.
2. Effectio, instigatio et auxiliatio tamquam tria, aequales, formae generales committendi delicti agnoscendae sunt.
3. In constructione instigationis et auxiliationis, principium recipiendum est: *delictum instigatoris et auxiliatoris per actum* (non necessario delictum) *aliae personae*.
4. In ordinanda effectione, instigatione et auxiliatione, constructione polonica, expressa nunc in codice poenali ex a. 1969 (art. 16—21) recipienda est.
5. In definienda effectione (art. 16, c. p. pol. ex a. 1969), tertia species s. d. effectuationis directivae amovenda est, quae effectio mediana vocari possit.
6. In definienda effectione theoria obiectiva recipienda est. („Effectio directiva” in pol. c. p. recessionem constituit a constructione effectuationis obiectivae).
7. Pro instigatione vel auxiliatione poena, intra limites communicationis praeviseae pro ipso delicto statuenda est.
8. Pro conatu inductionis aliam personam ad delictum patrandum, poena statuenda est ac pro conatu ipsius delicti.
9. Praevidenda est amotio punibilitatis instigatorem et auxiliatorem in casu, cum ipse sua sponte exsecutioni actus prohibiti occurserit.

10. Extraordinaria mitigatio poenae pro instigatore et auxiliatore, qui sua sponte occurrere conabatur exsecutioni actus prohibiti, inducenda est.

11. Expressa notandum est, circumstantias stricte personales, quae responsabilitatem poenalem excludant, mitigent vel acuant, considerari tantummodo quoad personam (instigatoris, auctoris adiutoris), quam attinent.

*continuabitur*